um

93.

Jesus Ma
rya Josef
Amor cor
dis mei

Fiat

J. Lapid

IESUS
MARIA
JOSEF
Dictis mea
vobis redo
cor et ani
mam meam
in aeternum
siat

MANUALE ANTONIANUM

OFFICIA PARVA

Ejusdem Sancti,

Compassæ Deiparæ Virginis,

&

S. Patris FRANCISCI

Continens.

Operâ PP. Franciscanorum Posnaniensium.

Superiorum permissu.

Sumptibus IOANNIS TOBIÆ KELLER, Sac: Reg: Mag. Bibliopolæ

Typis Academiæ Posnan.

Anno, Dni 1693.

APPROBATIO.

MANVALE hoc, jam alibi de licentia Superiorum divisim impressum; hic reimprimi posse. (Piorum erga D. ANTONIUM respondendo desideriis) facultatem concedo, vigore Commissionis à Reverendissimo OFFICIO Posnaniensi mihi concessæ. Posnan: d. 1 Septemb. Anno Domini 1674.

Stephanus Moreski, S. Th. Doctor, Canonicus & Divæ Mariæ Magdalenæ Præp. Posnań. mppr:

OFFICIVM PARVVM S. ANTONII DE PADVA.

Ex Breviario Romano Franciscano desumptum.

Cum brevi Litaniarum & Orationum diversárum additione.

Ad Matutinum.

Sancti ANTONII intercessio,
Sit afflictis salus & consolatio.

℣. Domine labia mea aperies,

℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

℣. DEVS in adiutorium meum intende.

℟. Domine ad adiuvandum me festina,

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

℟. Sicut erat in principio & nunc & semper & in sæcula sæculorum, Amen, Alleluia.

A Septuagesima vsq; ad Pascha loco Alleluia *dicitur:* Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

INVITATORIVM.

Iam Christum Chorus humilis alacrius in iubilo collaudet,
In quo Sacerdos nobilis ANTONIUS de veritate gaudet.

Glo.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto,
Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.
In quo Sacerdos Nobilis Antonius de veritate gaudet:
Iam Christum Chorus humilis alacriùs in iubilo collaudet.
Iu quo Sacerdos Nobilis Antonius de veritate gaudet.

Hymnus.

LAus Regi plena gaudio,
Qui merces militantium,
Seipsum dat ANTONIO,
Militiæ stipendium.
ANTONI Vir egregie,

Qui tuæ quam prænoueras,
Hic vivens arrhas gloriæ
Chriſtum videns, acceperas.
Pro te digna, dum moreris,
Natorum fit commotio,
Margaritæ non funeris
Cuius fias poſſeſſio.
Cuius honorem gloriæ
Prædixeras in Padua,
Quæ tantis in te gratiæ
Manet donis irrigua:
Per te Pater cum Filio
Conſolatorq; Spiritus,
A criminis contagio,
Nos hic emundet funditùs,
Amen *Antiphona.*

SOno tubæ, tympano, cythara,

ra, psalterio, cymbalisq; Deum, choro, chordis, organo, laudet in Antonio mysticè cor meum.

℣. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas,*

℞. *Et ostendit illi Regnum Dei. Kyrie eleyson, Christe eleison. Kyrie eleison.*

℣. *Domine exaudi orationem meam,*

℞. *Et clamor meus ad te veniat.*

Oremus.

DEus quem in Sanctis tuis Ecclesia mirabilem prædicat quorum suffragiis novit sibi ad-

esse in tribulátione auxilium: da nobis, in nomine Beati ANTONII Confessoris tui congregati, postulata assequi, ut in omni aduersitate protecti, à Divinâ nunquam laude cessemus. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

℣. *Domine exaudi orationem meam,*

℞. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Benedicamus Domino,*

℞. *Deo gratias*

Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace, Amen.

Ad Laudes.

Sancti Antonij intercessio
Sit afflictis salus & consolatio.

℣. Deus in adiutorium meum intende,
℟. Domine ad adiuvandum me festina,
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.

Hymnus:

JEsv lux vera mentium,
Nos illustra diluculo,
Tot signis per ANTONIUM
Opaco fulgens sæculo.
Hic nautis in naufragio,
Signo salutis adfuit,

Quibus ſub lucis radio,
Vitæ ducatum præbuit,
Hæreticum lux fidei,
Signo purgat, dùm iacitur
Ab alto, vaſis vitrei
Fragilitas non frangitur.
Irriſor lucis gratiæ,
Signorum languet Clericus,
Poſt votum ſurgens gloriæ,
Sancti fit teſtis publicus.
Per hunc nos Pater luminum,
Signes, & lux de lumine,
Illuſtratoris hominum,
Cum Spiritus numine, A.

Antiphona.

O ſidus Eccleſiæ, Gemma paupertatis ANTONI, Lux Pa-

triæ, forma puritatis: tu lumen Italiæ, Doctor veritatis, sis Tutor Poloniæ, pax rebus turbatis

℣. *Iustus germinabit sicut lilium,*

℟. *Et florebit in æternum ante Dominum.*

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

℣. *Domine exaudi orationem meam,*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

Oremus.

Subveniat plebi tuæ, quæsumus Domine, Præclari Confesso,

fessoris Tui B. ANTONII, devota & iugis deprecatio, quæ in præsenti nos tua gratia dignos efficiat, & in futuro, gaudia donet æterna. Per Christum Dominum nostrum, A.

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℞. *Et clamor meus ad te veniat*

℣. *Benedicamus Domino,*

℞. *Deo gratias*

Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace, Amen.

Ad Primam.

Sancti Antonii intercessio,

Sit

Sit afflictis salus, & consolatio.
℣. Deus in adiutorium meum intende.
℟. Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

GAudeat Ecclesia,
Quam in defunctorum,
Ornat sponsus gloria
Matrem filiorum.
Sapiente Filio,
Pater gloriatur,
Hoc & in ANTONIO
Digne commendatur.
Qui dum sapientiam,
Sæculi calcauit,

Pru-

Prudens summi gloriam
Patris exaltavit.
AUGUSTINI primitùs
Regulæ subiectus,
Sub FRANCISCo penitùs,
Mundo fit abiectus.
Quorum vitam moribus,
Hic profitebatur.
Gloriosis Patribus,
Iam congloriatur.
Patrem, Natum & Flamen
Omnes adoremus.
ANTONII iuvamen,
Per hunc, dum habemus. A.

Antiphona.

DOmus ab ANTONIO, supra petram Dominum posi-

ta perstabit quam maris elatio, fluctus, seu vox fluminum ultrá non turbabit.

℣. Exurge ANTONI Beatissime, tua oratione adjuva nos.
℟. Ut ab hostibus, animæ & corporis liberemur.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

℣. Domine exaudi Orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

REpleamur quæsumus Domine, meritis & intercessione B. Antonii Confessoris

gratiæ tuæ incremento, ut eius imitátione omne declinantes peccatum, confusis & devictis hostibus animæ & corporis, beneplacita tua fideliter impleamus, Per Christum Dominum nostrum, Amen.

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat*

Benedicamus Domino,

Deo gratias.

Et fidelium animæ, per misericordiam Dei requiescant in pace, Amen.

Ad Tertiam.

Sancti

Sancti ANTONII intercessio,
Sit afflictis salus & consolatio,

℣. Deus in adiutorium meum intende,
℟. Domine ad adiuvandum me festina,

Gloria Patri, &c.

Hymnus,

FVnditur insontium
Sánguis à profanis,
Fitq; morientium
Merces vitæ panis.
Rumor ad ANTONIVM
Volat non inanis.
Optans fore socius
Gloriæ victorum.

Quos

Quos occidit impius
Rex Marochiorum.
Sequitur ANTONIUS
Viam defunctorum.
Fervet ad Martyrium,
Dum Rex terræ sævit;
Sed hoc desiderium
Suum non implevit.
De quo Rex regnantium
Aliud decrevit.
In cætu simplicium
Fama viri crevit.
Patrem, Natum, & Flamen,
Omnes adoremus,
ANTONII juvamen
Per hunc dum habemus, A

Antiphona.

Totus

TOtus in te sitiens, Deus, ad te, vigilans extitit de luce: Tu fons indeficiens, Tu lux illi rutilans, qui sitis in cruce.

℣. *Lex Dei eius in corde ipsius*

℟. *Et non supplantabuntur gressus eius.*

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat*

Oremus.

ECclesiam tuam Domine, Sancti Antonii, Confessoris tui, continua protectione cu-

stodi,

ſtodi, ut ſicut illum Martyri
deſiderium glorioſum effeci
ita nos eius interceſſio, in tu
ſemper faciat amore ferventes.
Per Chriſtum Dominum no-
ſtrum, Amen.

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
Benedicamus Domino,
Deo gratias.

Et fidelium animæ, per miſericordiam Dei requieſcant in pace, Amen.

Ad Sextam.

Sancti Antonij intercessio,
Sit afflictis salus & consolatio:
℣. Deus in adiutorium meum intende,
℟. Domine ad adiuvandum me festina,
Gloria Patri, & Filio, &c,

Hymnus.

Sub indocti facie,
Dum mundo latebat,
Dono sapientiæ,
Plenus abscondebat
Lumen Dei gratiæ.
Nam fastum timebat.
A se pondus gloriæ
Sumere nolebat.

Loquens magnis parvulis,
Spiritu pollebat.
Veritatis iaculis,
Æquè feriebat:
Pauper à principio,
Spiritu probatus:
Verbi ministerio,
Florens cunctis gratus.
Non iniectu proprio,
Datur; sed vocatus,
Sunt pro testimonio,
Mors & incolatus.
Patrem, Natum, & Flamen,
Omnes adoremus
ANTONII iuvamen,
Per hunc dum habemus.

Antiphona.

Grave

GRave cor quærentium Nugas vanitatem, discit per Antonium vitæ veritatem.

℣. *Os iusti meditabitur sapientiam.*

℟. *Et lingua eius loquetur iustitiam.*

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

Oremus.

DEus qui B. ANTONIUM Confessorem tuum, Evangelicæ prædicationis gratiâ sublimasti,

præſta quæſumus; ut & doctrinâ eius erudiamur, & precibus adiuvemur. Per Christum Dominum noſtrum, Amen.

℣. *Domine exaudi orationem meam,*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

Benedicamus Domino,

Deo gratias.

Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace, Amen.

Ad Nonam.

Sancti ANTONII interceſſi Sit afflictis ſalus & conſolatio, Amen.

℣ Deus in adiutorium meum intende,
℟ Domine ad adiuvandum me festina.
Gloria Patri & Filio, &c.

Hymnus.

Quasi secus alveum
Rivuli plantatus.
Fructum temporaneum
Dedit hic beatus,
Monte Syon prædicat,
Domini præceptum,
Et talentum duplicat,
Cælitus acceptum.
Conterit miraculis
Peccatorum dentes,
Sponsam Christi patulis

Rictibus mordentes,
Contra virum ſanguinum
Clamat & doloſum,
Quod hoc genus hominum
Deo ſit exo um
Laus perfecta profluit
Ex lactentis ore,
In quo Chriſtus deſtruit,
Hoſtem cum ultore,
Patrem, Natum, & Flamen,
Omnes adoremus,
ANTONII iuvamen,
Per hunc dum habemus, A.

Antiphona.

CÆli terræ marium, benedicant Dominum cunctæ creaturæ, qui tot per ANTONIUM Signis

signis auget hominum vitæ spem futuræ.

℣. *Scitote quia mirificavit Dominus Sanctum suum.*

℟. *Dominus exaudiet me, cum clamavero ad eum.*

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

℣. *Domine exaudi orationem meam,*

℟ *Et clamor meus ad te veniat.* Oremus.

Interveniat apud Te pro nobis quæsumus Domine, Sanctus Tuus Confessor ANTONIUS, quem virtutibus miraculorum

prodigiis, & signis decorasti. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

℣. *Domine exaudi orationem meam,*

℟. *Et clamor meus ad te veniat*

Benedicamus Domino,

Deo gratias.

Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace, Amen

Ad Vesperas.

Sancti Antonii intercessio
Sit afflictis salus & consolatio.

℣. Deus in adjutorium meum intende,

℟. Do-

℟ Domine ad adiuvandum me
festina:
Gloria Patri, & Filio, &c:

Hymnus:

EN gratulemur hodie,
Christo Regi iucundiùs,
In cuius aula gloriæ
Iam iubilat ANTONIUS,
FRANCISCI Patris æmulus
Sic illi contemperat,
Ut fonte manans rivulus,
Aquas vitæ circumferat.
Longè lateq; diffluit,
Sitiq; mortis aridos,
Verbo salutis imbuit,
Dans rore Sacro vividos.
Hic stigmatum qui baiulo

Patri, natus innititur,
Dum prædicat de titulo,
Confixus ille cernitur.
Sub tanto Duce militans,
Vincendo se non vincitur,
Duci miles cohabitans,
Iam bello non concutitur.
Nos in campo certaminis,
Patrum zelantes gloriam,
Hic sub re nostri nominis,
Vincamus ignominiam
Præstet hoc nati Genitor,
Hoc Genitoris Genitus,
Ac par utriq; Conditor,
Paraclitus hoc Spiritus Am.

Antiphona.

O Proles Hispaniæ, pavor in-
fidelis

fidelium nova Lux Italiæ, nobile depositun Vrbis Paduanæ, fer ANTONI gratiæ Christi patrocinium, ne prolapsis veniæ tempus breve creditum defluat innane.

℣. Ora pro nobis B. ANTONI,

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleyson.

Domine exaudi orationem meam,

Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Eccle-

ECclesiam tuam Deus Beati ANTONII Confessoris Tui commemoratio votiva lætificet, ut spiritualibus semper muniatur auxiliis, & gaudiis perfrui mereatur æternis. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

℣. *Domine exaudi orationem meam,*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

Benedicamus Domino,

Deo gratias.

Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace, Amen.

Ad

Ad Completorium

Sancti Antonii intercessio
Sit afflictis salus & consolatio
Amen,

℣. Converte nos Deus salutaris noster,
℟. Et averte iram tuam à nobis
℣ Deus in adiutorium meum intende.
℟ Domine ad adiuvandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c:

Hymnus.

GAude quondam sæculi
Transiens viator.
Summi tabernaculi
Nunc inhabitator, Nobis

Nobis fac propitium,
A quo recepisti
Cordis desiderium
Vitam quam petisti,
Duc in montem Domini;
Ora nos ANTONI,
Iunctos Deo homini
Loco sancto poni.
Patrem; Natum, & Flamen,
Omnes adoremus
ANTONII iuvamen,
Per hunc dum habemus, A

Antiphona.

LÆtus tuo iubilat in conspectu Domine, quò iam introivit, lumen quod es, similat hunc tibi, qui lumine fruitur, quò vivit. ℣.

℣. *Amavit eum Dominus & ornavit eum,*
℟. *Stolam gloriæ induit eum,*
Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te veniat,

Oremus.

VIſita quæſumus Domine habitationem iſtam, eiq; Sanctum ANTONIUM Confeſſorem tuum deputa Patronum, ut nulla valeat inimici fraude turbari, & benedictio tua ſit ſu: per nos ſemper. Per Chriſtum Domi=

Dominum noſtrum, Amen.

Domine exaudi orationem meam,

Et clamor meus ad te veniat.

Benedicamus Domino.

Deo gratias.

Benedicat, ✠ & cuſtodiat nos Omnipotens & miſericors Dominus Pater & Filius, & Spiritus Sanctus, A.

Commendatio Horarum.

Has Horas Canonicas cum devotione:

Tibi ſuplex offerro, ANTONI Patrone.

Fer

Fer oppressis iuvamen: adsis tribulatis,
Ora Christum quem portas coniunge Beatis, Am.

ORATIO.

Pro Conclusione horarum.

SAlve Regis Altissimi IESV Christi amplexator familiarissime, Matris Virginis, & Reginæ Misericordiæ allocutor castissime, vitæ norma, amaritudinum celsitudo, periclinantium auxiliator, & spes nostræ anchora Antoni Beatissime salve. Ad Te clamamus exules Filii Adæ. Ad Te suspiramus gemen-

tes & flentes, in hac lachrymarum valle. Eia ergo Advocate noster, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Iesum benedictum puerulum, quem gloriosum existens in carne mortali, in modum amplexantis, & osculantis portare visus es, nobis post hoc exilium ostende. O dulcis, ô pie, ô Antoni Cliens IESV & MARIÆ Amen.

℣. *Non nobis Domine non nobis,*

℟. *Sed nomini tuo da gloriam.*

OREMVS.

SVscipe Clementissime DEVS, precibus & meritis B. Antonii Confessoris Tui, & omnium Sancto-

ctorum, hoc Officium ſervituris meæ: & ſi quid in eo dignum lau de geſtum eſt, propitius reſpice; & quod negligenter actum eſt, clementer ignoſce; meq; & omnes Chriſtianos, ad Te devote per eius interceſſionem recurrentes, clementer exaudire, protegere, & ab omni adverſitate liberare digneris. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

BENEDICTIO.

BEnedicat & cuſtodiat nos Omnipotens & miſericors Dominus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, Amen.

SACRA DEVOTIO NOVENNÆ.

PEr ipsummet Sanctum ANTONIVM Bononiæ, in Ecclesia FF Min: Conuentualium S. Francisci Anno Domini 1617. primùm revelata Tandem, auxiliante Deo; fermè ubiq; per Christianum Orbem divulgata, quàm Christi Fideles, cum speciali devotione sic observant.

1. Novem dies Martis immedi-

mediatè seu potiùs interpolatè ieiunant.

II. Quolibet horum novem dierum, qui habent necessitatem, & commoditatem, præsertim tamen primo & ultimo die confitentur, Sacrâ Synaxi reficiuntur. In defectu Confessarij eliciunt privatim actus veræ contritionis.

III. Quolibet horum novem dierum, visitant Capellam, seu Altare istius Sancti, orantes pro necessitatibus Sanctæ Matris Ecclesiæ, totius Christianitatis,

& propriis. Alias domi suæ hæc omnia exequantur.

IV. Quolibet, vel saltem uno horum dierum, præsentant unum cæreum (pro suo posse) ad oblationem in Altari, sive coram, accendendum etiam eleemosynam pauperibus, qui possunt elargiuntur.

V. Quolibet horum dierum ad honorem Dei, & Sancti istius, Missam celebrari curant, aut devotè audiunt, pro sua commoditate.

Quòd autem hæc fiant die

Mar-

Martis. ℟ Quia licet hic Sanctus feriâ sextâ, & hoc mundo cælestia adÿt, tamen sequenti feriâ tertiâ gloriam ipsius cælestem & æternam, Deus propalavit mundo, crebrescentibus miraculis, circa Sacri ipsius Corporis sepulturam.

Novennarius numerus, indicat omnes virtutes, & gratias, novem Chororum Angelorum communicatas à Deo huic Sancto, in adiutorium hominum, Et ex omnibus novem Choris destinatos SS. Angelos, Sancti

 ipsius

ipsius animam post mortem, cum iubilo glorioso, ad cælestia regna deduxisse.

Cæreus accensus, devotat gloriam immensam S. quâ circumdatur in cælis. Item. Quia circa deductum funus, in honorem istius Sancti, tota Paduana Civitas cum cæreis accensis illustravit sepulturam, monstrando potius solennitatem festivam, quàm lugubres agere exequias,

Ad hæc indicat vivam fidem, firmam spem, & ardentem charitatem devoti fidelis,

ad

ad misericordiam Dei promerendam per intercessionem S. Antonij recurrentis. Qui vero non haberet commoditatem, istas novem ferias tertias in honorem S. Antonii prædictas explere; Ieiunent cùm maiori (ultra solitum) rigore, novem ferias sextas, idq; quod lautius manducaturi erant, pauperibus largiendo, adimpleant supra præscripta.

Modus vero Orationis non præscribitur, sed pro capacitate, & necessitate cuiusquam,

illas

illas Orationes, quas Deus cordi ardentiores inspirauerit, absolvant.

Pro commoditate tamen deuotionis hæc infra scripta ponuntur.

ORATIO.

S. BONAVENTVRÆ Cardinalis, & Ecclesiæ Doctoris *Ad Linguam,* S. ANTONII Padvani.

O Lingua benedicta, quæ Dominum semper benedixisti, &

& alios benedicere fecisti, nunc manifestè apparet, quanti meriti extitisti apud Deum.

Orátio.

Quâ S. Antonii imploratur auxilium & Patrocinium ad implorandam Divinam gratiam.

SAlve Antoni Beatissime, & de sede gloriæ tuæ respice in me, meisq; votis annuere ne de-digneris, qui opem universis fer-re non desinis te invocantibus: Eia qui præcipuus supernis ades agminibus, evigilia necessitati-bus meis, cum iugiter ad fores ostii tui observem: Tu enim li-cet supernâ scandas, mortalibu

quoq; benefacere non cessas, qui autem à te, non dubia aliquid efflagitant fide, eos inanes nequaquàm dimittis, cùm Divina sic sibi complacuerit Maiestas in ærumnis positos, etiam per te levare, qui noverint invocare Antonium. Te igitur Antoni ex fortissimis Israel Dei humiliter appello, te suppliciter invoco, Tuis precibus mihi obtine à Deo indulgentiam peccatorum, ne ob facinorum meorum turpitudinem me despicias, qui dùm pœnitere propono, continuò Angelica turba congaudet. Quare eum pro me deprecare,

care,

care, qui non iustos venit vocare, sed peccatores adunare. Pate ant Dei aures precibus meis, qui per Te maneo, ad eius devotè lumina admotus. Age ut gratiam coram oculis Domini, eiusq; Sacrosancta Matre Virgine adinveniam. Tuoq; patrocinio fultus, peccatorum remissionem accipiam. Cordis mei tenebras depellas, & quid Dominus à me requirit. Tu dulcissime Antoni doceas. Non ergo confundar, quoniam invocavi Te, abiectionem ac animæ meæ paupertatem nosti, cui si per diem & noctem non interfueris.

letha-

lethalem dabit iacturam, cum insomnes illam inimici observent: Exurge, exurge, & adiuva me, ut non confundar, quoniam invocavi Te, qui gloria & honore coronatus opus fortitudinis divina virtute peragis, perenniter in cælis iubilans, qui devote à nobis miseris, iugiter ex hac vale lachrymarum invocaris. Amen.

Ad eundem cum quis adversis premitur.

APpreheude arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi Antoni Beatissime. Effunde virtutis tuæ frameam, conclude aduer-

aduerſus eos, qui perſequuntur me, impetra animæ meæ ſalutem à Domino, confundantur & revereantur, qui quærunt animam meam. Avertantur retrorſum & confundantur cogitantes mihi mala. Fiant viæ illorum tenebræ & lubricum, Te inclyto Christi milite eos perſequente, ut redimar à calumniis hominum, & custodiam mandata Dei mei. Inſurrexerunt enim adverſum me fortes abſq; miſericordia, quoniam non propoſuerunt Deum ánte conſpectum ſuum. Quare niſi Dominus cuſtodierit me, (Te ô Benigne Pater àdiuvan-

vante) fortè vivum deglutient me. Eſto in auxilium mihi conterens brachium eorum, ut decantare valeam; Benedictus Deus, qui non dedit me in captionem dentibus inimicorum meorum irruat ſuper eos formido & pavor, in magnitudine brachii tui, & conſilium illorum deſtruatur Fac oro, mecum ſignum bonum, ut videant, qui oderunt me & confundántur, quoniam tu dulciſſime Antoni adiuviſti me, Porrò dixeruut inimici; perſequamur & comprehendamus: Veruntamen cum fiducia accedo ad Thronum miſericordiæ

Dei

Dei Tui, adversum me iniustitias meas confiteor. Tu Antoni Beatissime fac, ut dimittam impietatem peccati mei, offer hanc orationem meam DEO, cui sic humiliter dico: peccavi Domine, peccavi super numerum arenæ maris, multiplicatæ sunt iniquitates meæ, & non sum dignus intueri, & aspicere altitudinem cæli; præ multitudine iniquitatum mearum. Nunc ergo flecto genua cordis mei, petens à Te bonitatem, peccavi Domine peccavi, & iniquitates meas agnosco unde peto rogans te, remitte mihi

mihi Domine, & ne simul me perdas cum iniquitatibus meis. Hos quæso clamores Beatissime Antoni, quos ex intimo pronuntio pectore, Divinis admoveas auribus, cum non in sanguine hircorum aut vitulorum me Christus redimerit, sed proprio cruore, quem oro Sancte Antoni, Protector meus, vel ad animæ meæ emendationem Deo Patri offeras. Erravi enim sicut ovis quæ periit, quærat servum suum per preces tuas, cuius mandata non sum oblitus. Amen.

RESPON-

RESPONSORIVM

In laudem & venerationem S. ANTONII, á Seraphico Doctore S. Bonaventura factum, & multis miraculis approbatum.

SI quæris miracula, mors, error calamitas, dæmon, lepra fugiunt, ægri surgunt sani. * Cedunt mare, vincula, membra, resq; perditas petunt, & accipiunt iuvenes & cani, Pereunt pericula, cessat & necessitas, narrent hi qui sentiunt, dicant Paduani. * Cedunt mare &c. Gloria Patri & Filio & Spiritui

San-

Sancto * Cedunt mare. &c.

℣. *Ora pro nobis Antoni Beatissime,*

℟. *Vt digni efficiamur promissionibus Christi.*

OREMVS.

MItissime ac clementissime IESV, qui Beatum Antonium Confessorem tuum, perpetuis illustras miraculorum splendoribus: concede propitius; ut quæ per eius merita fideliter petimus, per eiusdem intercessionem efficaciter consequamur. Qui vivis & regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Respon-

Responsorium præcedens in forma Orationis.

MItissime ac clementissime Deus, qui facis mirabilia magna solus, ac mirabilis es in Sanctis & electis tuis, quibus prodigiorum gratiam communicas, eorumq; intercessiones clementer exaudis. Ego N. indigna tua, ac nunc afflicta & misera creatura, in hac necessitate mea, ad clementiæ Tuæ Thronum provolutus accedo genibus, laudans ac magnificans tuam immensam gratiam, quam dilecto ac Beato Famulo

tuo

tuo S. ANTONIO, Patrono meo glorioſo, conferre ac omnibus ad eius patrocinium confugientibus inceſſanter impertiri dignaris, dum mors, error, calamitas, dæmon, lepra fugiunt, ægri ſurgunt ſani, periclitantibus in mari, aut aquis ſubſidium, captivis liberatio, debilibus membra, & bona ſeu res perditæ reſtituuntur, ac omne periculum & neceſſitas perit , & ceſſat, narrat hæc & deprædicat, non illa ſolum ab hoc Beato glorificata Civitas Paduana ſed & omni gratiarum actione innumerabiles confitentur exau-

exauditæ animæ Cum omnibus itaq; creaturis glorifico, & laudo tuam ô Potentissime Deus Pater Sapientissime Deus Fili Benignissime Deus Spiritus Sancte, ineffabilem misericordiam & bonitatem humillime orans, & obsecrans, ut per intercessionem S. Antonii Confessoris tui, in hac aliisq. necessitatibus meis, hodie & semper me Clementissime exaudire digneris, hoc Tu mihi impetra, ô electe & dilecte Patrone S. Antoni, Amen.

ORA-

ORATIVNCVLÆ Duodecim.

Quarum qualibet unam, ex inserto responsorio, gratiam tàm quoad literam quam moralem sensum continet, possuntq; omnes & singulæ pro ratione Status recitari.

I. Mors.

O Martyr desiderio invictissime S. Antoni, per flagrantem cordis tui fervorem, quo sanguinem vitamq; pro honore Iesu Christi profundere continuò anhelans, Te invoco, ut

interc-

intercedas pro N. N. Omnibusq; Christi fidelibus defunctis, meq; etiam non tantùm ab improvisa mala morte corpori, sed vel maximè á pessima morte custodire mihiq; âc omnibus agonizantibus in hora mortis assistere digneris. *Pater noster, Ave Maria.*

II. Error.

O Doctor optime S. Antoni, qui omnibus verbo & exemplo viam veritatis & æternæ vitæ demonstrasti. Te oro suppliciter, mihi, omnibusq; Catholicis in Orthodoxa fide

perseverantiam, & incredu ac hæreticis veræ fidei agni onem apud Deum impetre itinerantibus, aut á via ab rantibus, dux itineris exist Iudices Advocatos, ac Supe ores in iustitiæ & Officioru administratione errare non s nas, meq; in omnibus actioni bus, ne à vero bono aberren dirigas.

Pater noster, Ave Maria.

III. Calamitas.

O Consolator benignissime S: Antoni, qui neminem ad tua præsidia confugientem de-

sola-

ſolatum dimittis, Te rogo humilime, ut mihi in hac mea præſenti, omniq; alia calamitate, & afflictione aſſiſtas, me ab impatientia, puſillanimitate, aut deſperatione præſerves, atq; ab omnibus Chriſtianis coniugibus Spiritum zelotypiæ,& diſcordiam repellas.

Pater noſter. Ave Maria.

IV. Dæmon.

O Amator ferventiſſime Domini noſtri Ieſu Chriſti, S. Antoni, qui flamma Divinæ Charitatis, omnia ignita Diaboli iacula conſumens inimi-

eum devincis, custodi & protege, animam corpusq; meum ab omni infestatione, tentatione, dolo ac læsione Sathanæ, non mihi noceant præstigiæ venena, aut maleficia quævis, depellas ab hoc & ab omni loco phantasmata, aut quidquid fidelium quieti invidet, dissipes etiam bella, discordias & rancorem inter Christianos

Pater noster, Ave Maria.

V. Lepra,

O Prædicator zelosissime S. Antoni, qui peccatorum

omni

omnium conversionem anxie quæsivisti, te interpello devotissime, corpus meum ab omni maculá, lepra, vulnere, & epidimia: animám verò ab omni peccati mortalis infectione & reatu conserves, omnemq; peccandi occasionem, & consuetudinem á me amoveas.

Pater noster, Ave Maria

VI. Ægri.

O Thaumáturgice S. Antoni, per Te Dei optimi semper effulsit Omnipotentiá, quare enixe tuum pro me N. & omnibus ægrotis precor subsidium

dium, sána nos animamque & corpus corrobores ad honorem Dei.

Pater noster, Ave Maria.

VII. Mare.

O Dux itineris fidelissime S. Antoni, Tibi Deus mari & ventis imperandi concessit facultatem, quare instanter rogo, subvenire digneris omnibus in mari, aut aquarum periculis constitutis: removeasq; á nobis nostrisq; locis omnem aquarum inundationem & tempestatem.

Pater noster, Ave Maria.

VIII

VIII. Vincula.

O Confessor egregie S. Antoni, qui vincula animarum corporumq; per pænitentiam solvere indefessis concionibus, ac admonitionibus tuis enixè studuisti, obsolve & consolare captivos, omnesq; iniuriam patientes & eos præcipuè Christianos, qui sub immani Paganorum iugo detinentur, aut in periculo animæ inter hæreticos versantur, assistere digneris, etiam omnibus ad mortem condemnatis. *Pater noster, Ave Maria.*

IX

IX. Membra.

O Virgo integerrima S Antoni, Tu meruisti castis tuis ác Virgineis brachiis constringere Iesum Benedictum Dei Filium: invoco itaq; Te ut membra mea sana mihi conserves, & auxilieris omnibus locis, surdis, mutis, claudis, ac membrorum usu destitutis, sicuti & podagræ dolores patientibus, conserva etiam corpus mysticum Ecclesiæ & Regnorum, ut in Capitibus vigeat Deo accepta gubernatio, á membris verò & subditis serve-

vetur ob dientiá.

Pater noster. Ave Maria.

X. Res perditæ.

O Religiose Perfectissime. S. Antoni, qui omnia emolumenta huius mundi contempsisti, ut Christum lucrifaceres adiuva me ut res & bona mea, sive nominis famam, seu officii, status, vel dignitatum, seu amicitiam, præcipuè verò Summi Dei gratiam deperditam, recipere merear.

Pater noster, Ave Maria.

XI. Pericula.

O Auxiliator sincerissime S.

AN-

ANTONI, qui apud dilectum tuum Iesum omnia vales, tuum in voco supplex auxilium & præsidium in omni animæ corporisq; periculo, custodi me ab omnibus visibilibus, ac invisibilibus inimicis, à fulgore & tempestate, aut quidquid animæ corporivè meo damnum inferre potest. *Pater noster, Aue Maria.*

XII Necessitas.

O Asylum securissimum S. Antoni, tua eluces mirifice gratia, qua omnibus afflictis succurrere consueuisti,

non

non itaq; me derelinquas in necessitatibus meis, in paupertate, in penuria & egestate, adiuva etiam & consolare viduas, & pupillos, omnesq; qui ad Te supplices in suis recurrunt ærumnis,

Pater noster, Ave Maria.

LITANIÆ AD S. ANTONIUM Padvanum.

KYrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.

Pater

Pater de cælis Deus. Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, Miserere nobis.
Spiritus S. Deus, Misere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus Misere nobis.
Sancta Maria. Ora pro nobis,
Sancta Dei genitrix. Ora
Sancta Virgo Virginum. Or
Sancte Antoni de padva. Or
S. Antoni Seraphicæ Religionis gloria. Ora
S. Antoni purissimum virginitatis Lilium. Ora

S. An-

recreari; nullum thesaurum, quo ditari; nullum honorem quo eminere; nullum fulcrum quo sustentari; nec vitam, quá vivere cupiam; merear itaq; nunc & semper exaudiri, Amen.

Pater noster, Aue Maria.

Sabbatho.

Sanctus Antonius familiárissime conversatur cum Sanctissimo Puerulo IESV.

O Antoni simplicissima & incontaminata Columba, qui puritate innocentiæ tuæ, nitidissimo candore, ardentis-

ſimo amore ac intemeratâ virginitate tuâ, Te ſimilem reddere ſtuduiſti, Agnello illi immaculato, qui de puriſſima Virgine naſci dignatus eſt, & meruiſti, ut ipſe te ſuaviſſimi amoris exhibitione complecteretur, dulciſſimus inquam puerulus IESVS, à quo eá teneritudine tractatus fuiſti, ut in immenſo quaſi pelago dulcediuis ſubmerſus, & ſupra humanæ naturæ conditionem exaltatus, experireris in anima tua infinitæ ſuavitatis paradiſum, & raptus iucundiſſima exraſi, fruereris illo iubiilo

qu

qui omnis amaritudinis est condimentum, factusq; Angelorum Confrater, prægustaret, hic in terra plenitudinem haudit cælestis, ó quam grande supremæ suauitatis diluvium irrigabat animam tuam, cum dulcissimus Iesulus puerilibus suis brachiis (quæ totum crearunt & conservant universum) stringeret tanquam pretioso monili & torque collum tuum, ita ut tantam ipsius contemplando pulchritudinem & benignitatem inebriatus cælesti beatitate, vix discerneres, si terra in cæ-

lum, aut cælum in terram transformatum esset. O Advocatæ mi singularissime, quando ita dulciter complecteris suavissimum IEsulum, recommendes eidem amore languentem hanc animam meam pauperculam, & impetra, ut ipsam ab omni peccatorum sorde, ita immaculatam & mundam conseruare valeam, quatenùs amore & amplexu Iesuli nostri digna reddi mereatur. Amen.

Pater noster. Aue Maria,

Alia

Aliæ Orationes septem, in quibus quotidiæ pro tot acceptis á Deo gratiis Sanctus Pater Antonius salutatur.

I.

SAlve innocentissime in carne Angele, Antoni Beatissime, qui cælestem, & innocuo candore omninò fulgentem, in terris egisti vitam, impetra mihi, ut Angelos semper vitæ immaculatæ habeam custodes, ut aliquando in cælis eorum Choris inseri merear, & in æternum illud cæleste Trisagion Sanctus, Sanctus,

Sanctus decántare cum ipsis valeam.

II.

SAlve Propheta dono & spiritu admirabilis, Antoni Gloriosissime, qui aliquando in medio procellarum timore concionatus, pluviam super populum auiculantem non descensuram edixisti, unique martyrium semel prænunciasti, multaq; alia futura enarrasti; ora pro me, ut nulla voluptatum terrenarum unda unquam supra animam meam veniat, quam Redemptor meus Christus prætiosissimi sui cru-

cruoris lympha rigavit. Fac etiam, ut quoscunq; mihi afflictionum aculeos Dominus immiserit, ita eos sufferram, ut patientiæ huius fructus aliquando in cælesti Patria colligam.

III.

SAlve Apostole Evangelii disseminandi zelator ardentissime, qui uti aliquando pluvio linguarum Apostoli diluuio, sic & tu è Cælo communicato Divinæ gratiæ imbre diversis linguis fuisti fæcundatus, tum Anno Iubilæi Romæ concionaturus ad populum

pulum diverſarum ſimul gentium, atq. idiomatum à quolibet ſua vernacula lingua intelligebaris, quique multa millia hominum ferventiſſimis tuis prædicationibus ad veræ fidei lucem convertiſti, Ah doce me & converte ad IESVM, ut ab omnibus, quæ ipſe odit averſus, merear aliquando converſionem eius in die Iudicii ad me, audiamq, inter electos poſitus optatam illam vocem, venite Benedicti & percipite Regnum Patris mei, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.

IV.

SAlve ſitientiſſime pro gloria Dei patiendi Martyr S. Antoni, qui miro deſiderio inflammatus, ſanguinem pro DEO fundendi in Africam penetrare conſtituiſti, ſed á contrario vento repulſus, nunquam tamen hos deſiderii æſtus poſuiſti. Inflamma & cor meum, ut pigrum hoc, & ád dura pro cæleſti gloria, & triumpho ſuſtinenda, delicatum nimis ac parcum corpus, omniá nunc adverſa fortiter patiatur, ne patiatur in æternum, bonum hic certa-

men certet, ut coronam mihi reddat in die Iudicii iuſtus Iudex DEVS.

V.

SAlve Divinæ ſapientiæ vas ſplendidiſſimum, Magiſter credentium, & Doctor egregie B. Antoni, qui tantæ efficaciæ in docendo extitiſti, ut Arca Teſtamenti, & Divinarum literarum armarium, áb ipſo Eccleſiæ ſummo Antiſtite audire aliquando merueris. Fac me quæſo Cæleſtis tuæ doctrinæ non degenerem diſcipulum, doce me illas beatas virtutes fidem, ſpem, & chari-

tatem, ut cum, quem firma fide adoro in terris, in quem & totam hic defigo ſpem meam, in æternum tecum eum amem & diligam.

VI.

SAlve Anchoreta Sanctiſſime Antoni, qui ut tranquillum ſupernarum deliciarum in Anima tua extrueres Paradiſum, & à creaturis abalienatus, propius Creatori tuo accederes, in eremum Montis Pauli ſeceſſiſti, & ita corpus tuum ieiuniis, vigiliis, & Orationibus maceraſti, ut ad Fratres rediturus ob exhau-

ſtas

ſtas toto corpore vires, vix pedibus inſiſtere potueris. Fac me quæſo, ex toto deſiderio huic mundo funditus extingui, & doce me avertere á me ſemper mundi huius vanitatem, cordis evagationem, oris ſcurrilitatem, ſcelera detractionum, linguæ effrænationem, terrena calcare, cæleſtia ſitire, deniq; ut mundo totus mortuus, non ego ſed in me vivat Chriſtus Ieſus.

VII.

SAlve Virgo & puritatis omnis niveum decus Antoni integerrime, qui ob ſingularem

larem tui cordis castimoniam & pudicitaam, candido honoraris filio, impetra mihi ab amatore sanctitatis & mundicitiæ IESV, ut cor meum fragile ab omni fœdo igne semper illibatum conservem. Et ut mihi det fortitudinem resistendi, atq; mentem meam elevet, ut ipsum solum amem, & timeam, ipsi placeam & serviam, ipsum corde ore, & opere semper confitear & agnoscam, ac in bonis, & ipsi placitis operibus perseverem, ut post transitoriæ vitæ huius finem videre merear e-

um

um, qui eſt caſta lux mentium.

BENEDICTIO S. ANTONII, contra opera diaboli.

Ecce ✠ Crucem Domini, fugite partes adverſæ, vicit leo de tribu Iuda, Radix David, Alleluia, Alleluia.

OFFI-

OFFICIVM COMPASSIONIS *BEATÆ MARIÆ* VIRGINIS.

AD MATVTINVM.

℣. Domine labia mea aperies,

℟. Et os meum annunciabit laudem tuam.

℣. Deus in adiutorium meum intende.

℟. Domine ad adiuvandum me festina.

Gloria Patri & Filio, &c.

Sicut

Sicut erat in princ: &c.

Non dicitur Alleluia, nec Laus tibi Domine.

HYMNVS.

MAtris cor triſtitia,
Primo anguſtatur
Horá noctis mediâ:
Dum nunciabatur.
IESVS, quòd ab impiis.
Raptus, & ligatus,
Ductus eſt, convitiis
Captus & negatus.

Antiphona.

REcordare pia Mater, quem veluti impotentem ligaverunt vinculis IESV

IESV Christe inseparabiliter quæso alliga me tibi ardentissime funibus charitatis.

℣. *Totum me dono Maternæ curæ, atq; custodiæ tuæ.*

℟. *Eligens te ô benignissima hodie perpetuoq; in Matrem ac Dominam,*

OREMUS.

O Dignissima & admirabilis Virgo MARIA, cuius Filius pro me captus, cæditur, & impie tractatur: accipe me quæso captivum pro tuo Filio, & ab omni vinculo pec-

cato-

catorum absolve, meq; inso-lubiliter in amoris funibus constringe. Per eundem Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum, qui cum Patre & S Spiritu vivit & regnat in Trinitate perfecta Deus, in sæcula sæculorum. A.

℣. *Domine exaudi orationem meâm,*

℟ *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Benedicamus Domino;*

℟. *Deo gratias.*

℣ *Et fidelium animæ, per misericordiam Dei requie-*

scant

ſcánt in pacc, ℟. *Amen.*

AD PRIMAM.

℣. Deus in adiutorium meum intende.
℟. Domine ad adiuvandum me feſtina.
Gloria Patri, & Fil: &c.
Sicut erat in prine, &c.

HYMNVS.

HOra prima gemuit,
Videns ſuum natum,
Qui ut agnus tacuit,
Duci ad Pilatum,
Hunc iniquis teſtibus,
Cernit accuſari,

Spu-

Sputis & verberibus.
Impie tractari,

Antiphona.

REcordare pia Mater, qui mortis pertulit damnationem. Hanc pie IESV ego Tibi, & tu Patri offer in peccatorum nostrorum purgationem.

℣. *Dominus noster IESVS Christus Filius tuus,*
℟. *Quæcunque sustinuit in carne eadem vulnerabant in mente.*

OREMUS.

O Gloriosissima cæli terræque Regi

Regina Sancta MARIA, ora pro me Filium tuum, qui coram Piláto, inique acusatus tacuit utinam & ego non delinquam in lingua mea, sed ab omni verbo málo & otioso abstineam, & deractiones, adversitates omnes, sine querela in silentio ac mititate cordis sustieeam. Per eundem Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum. qui cum Patre, &c. ut supra.

℣. *Dominè exaudì orationem meam,*

℟. *Et clamor meus ad te veniat,*

℣ *Be*

℣. *Benedicamus Domino.*
℟. *Deó gratias,*
℣. *Et Fidelium animæ p[er] misericordiam Dei requi[e]scant in pace. Amen.*

AD TERTIAM.

℣ Deus in adiutorium meum in tende,
℟ Domine ad adiuua[n]dum me festina.
Gloria Patri & Filio, &
Sicut erat in princip: &

HYMNVS.

HOrá videt tertiâ,
IESVM flagellari,

Et illusum purpurâ,
Spinis coronnri.
Crucem in angustia,
Cernit baiulantem,
Cruenta vestigia,
Turbam subsanantem.

Antiphona.

RECordare pia Mater, quem nudaverunt vestibus, da mihi dulcissime IESV, veram paupertatem spiritus.

℣. *Qui egressus est crucem suam baiulandó*

℟. *Sequar te quocunque ieris pie IESV, me perfectissime abnegando.*

Oremus. O in-

O Innocentissima & purissima Dei Genitrix MARIA ora pro me Filium tuum, nudatum, ligatum, flagellatum sanguineq; cruentatum: ut omnia hic eius flagella patientissime sustineam, eius amorem in hoc cognoscens ipsum benedicam, & gratias agam, & maiora adhuc pati humiliter cupiam. Per eundem Dominum nostrum JESVM Christum Filium tuum, qui cum Patre, & S. Spiritu vivit &c.

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Benedicamus Domino,*
℟. *Deo gratias,*
℣. *Et fidelium animæ &c.*

AD SEXTAM.

℣. Deus in adiutorium meum intende,
℟. Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Fil: &c.
Sicut erat &c.

HYMNUS.

HOrâ sexta doluit
Mater, dum extensum

Crucifigi conſpicit,
Nudumq; ſu penſum
In Latronum medio,
Quem & blaſphemari
Audit, ſed â filio
Seq; commendari.

Antiphona.

RECordare pia Mater, quem flexit ſequentium mulierum devotio. Vtinam dulcis IESV, duritiam meam liquefaciat amoroſa tuæ Matris compaſſio.

℣. *Heu! quàm triſtes voces & gemitus à te & cæteris amicis audiebantur.*

℟.

℟. *Quando extenditur, clauis figitur, totóq; corpore cruentatur & vulneratur.*

Oremus.

O Officiosissima, compatientissimaq; Mater virgo Maria, ora pro me Filium tuum, qui pro me nudatis & renovatis vulneribus extensus, crucifigitur: Vtinam ego, quam nihil sim cognoscerem & me ipsum contemnerem, atq; ad perfectiora semper me extenderem. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum &c.

℣. Domine exaudi orationem meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat

℣. Benedicamus Dómino,

℟. Deo gratias.

℣. Et fidelium Animæ per misericordiam Dei requiescant in pace,

℟. Amen.

AD NONAM.

℣. Deus in adiutorium meum intende.

℟. Domine ad adiuvandum me festina.

Glo-

Gloria Patri & Filio, &c.
Sicut erat in princip, &c.

HYMNVS,

HOrâ Nonâ Filium
Audit derelictum,
Plagis cernit lividum
Misere afflictum,
Qui fel gustat sitiens,
Et mox expiravit,
Cuius cor aperiens
Miles perforávit.

Antiphona.

Recordare pia Marer, qui te Virgini commendavit Discipulo, quæso ô misericordissima, possidear & à te semper pro Filio,

℣. Vi-

℣. *Videbas in Cruce suspensum toto corpore cruentatum & vulneratum.*

℟. *Ab omnibus derelictum, contemptumque quem sciebas ex te Virgine natum.*

Oremus.

O Reverendissima Virgo Maria, nostræ desolationis refugium; quæ chariate vulnerata, compassioneque transfixa, dum Filio in Cruce pendenti gemebunda adstabas Discipulo es commendata: suscipe quæso & me pia Mater in Filium, & mihi amorem infun-

de

de castissimum atque perpetuum. Per eundem Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum, qui cum Patre & S. Spiritu vivit &c.

℣. *Domine exaudi orationem meam,*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Benedicamus Domino,*

℟. *Deo gratias,*

℣. *Et Fidelium animæ, per misericordiam Dei requiescant in pace.*

℟. *Amen.*

AD

AD VESPERAS.

℣. Deus in adiutorium meum intende.

℟. Domine ad adiuuandum me festina,

Gloria Patri & Filio & Spiritui tui S.

Sicut erat in principio & nunc & semper &c.

HYMNVS.

De Cruce depositum
Mater dolorosa
Planxit unigenitum,
Voce quærulosa:
Quem in sinu continens
Hora vesperarum.

Ter-

Tersit plagas abluens
Vnda lachrymarum.

Antiphona.

REcordare o pia Mater, qui multorum est lachrymis planctus: Dulcis IESV fac, ut & iuges pro peccatis meis, fundam lacrymas, & amor tui in me ferveat, perseveretq; immaculatus & sanctus.

℣. *Qui de Cruce depositus es Vespere,*

℟. *Fac me pie IESV in Cruce & beneplacito tuo semper manere.*

Oremus.

O cle-

O Clementissima Virgo Maria, ora pro me Filium tuum, quem de Cruce tibi redditum plangens, amorosis labiis osculab ris impetra mihi eius passionem & vulnera in corde jugiter recolendo portare, ut in Cruce perfectissimæ abnegationis eius amore ultrò & usque in finem perseverem Per eundem Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum, qui cum Patre &c.

℣. *Dom ne exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Benedicamus Domino*

℟. *Deo gratias.*

℣. *Et fidelium Animæ per misericordiam Dei requiescant in pace,*

℟, *Amen.*

AD COMPLETORIVM

℣. Converte nos Deus salutaris noster.

R. Et averte iram tuam à nobis.

℣. Deus in adiutorium meum intende.

R. Do-

R. Domine ad adiuvandum me festina,
Gloria Patri & Filio &c.
Sicut erat &c.

HYMNVS.

HEu! ad Completorium,
Dedit sepulturæ.
Nostram spem & præmium
Gloriæ futuræ:
Hinc ad urbem rediit
Mente consternata,
Surecturum credidit
Mater desolata.

Antiphona.

REcordare ô pia Mater, cuius tumulo regressa e- cum

cum triſtitia: utinam à te ô Mater clementiſſima nunquam recedam, ſed ad tuos ſemper pedes maneam in tua gratia.

V. *O dulciſſima Virgo Maria trahe me nunc poſt te.*

R. *Et fac me imitari veſtigia Compaſſionis & charitatis tuæ.*

OREMUS.

O Dulciſſima Conſolatrix Domina mea Virgo MARIA, ora pro me Filium tuum, qui dignatus eſt pro me aromatibus condiri, ſyndone

involvi, & ſepeliri, fac ut ip-
mentem meam in ſe ab omni-
bus ſenſibilibus abſtrahat, ſo-
lus ipſe poſſideat, ſibi vniat o-
mnium, quæ niſi me extra ſ
obliviſci ac omnibus mori ſ-
ciat: Per eundem Dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum Fi-
lium tuum, qui cum Patre &

℣. *Domine exaudi örationem meam,*

℟. *Et clamor meus ad te veniat*

℣. *Benedicamus Dominö,*

℟. *Deo gratias.*

℣:

℣. Et fidelium Animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

℟. Amen.

COMMENDATIO.

HAs Horas Canonicas
IESV Mater pia,
Atque tuas lachrymas
Cordis Symphonia.
Offerens nunc supplico,
Cum petitione.
Adstes sicut Filio,
Mihi in agone.

PLANCTVS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS,

STabat Mater dolorosa
Iuxta Crucem lachrymosa
Dum pendebat Filius:
Cuius animam gementem,
Contristantem & dolentem
Pertransivit gladius.
O quam tristis & afflicta.
Fuit illa benedicta,
Mater unigeniti!
Quæ mærebat & dolebat.
Et tremebat, cùm videbat
Nati pœnas inclyti.
Quis est homo qui non fleret,
Christi Matrem si videret
In tanto supplicio.

Quis non possit contristari,
Piam Matrem contemplari
Dolentem cum Filio,
Pro peccatis suæ gentis
Vidit JESUM in tormentis
Et flagellis subditum.
Vidit suum dulcem natum
Morientem, desolatum,
Dum emisit spiritum.
Eia Mater fons amoris,
Me sentire vim doloris
Fac, ut tecum lugeam.
Fac ut ardeat cor meum
In amando Christum Deum
Ut sibi complaceam.
Sancta Mater istud agas,
Crucifixi fige plagas

Cordi meo valide,
Tui nati vulnerati,
Tam dignati pro me pati
Pœnas mecum divide.
Fac me vere tecum flere,
Crucifixo condolere,
Donec ego vixero,
Iuxta crucem tecum ſtare,
Te libenter ſociare
In planctu deſidero.
Virgo Virginum præclara
Mihi iam non ſis amara.
Fac me tecum plangere.
Fac ut portemChriſti mortem
Paſſionis eius ſortem,
Et plagas recolere.
Fac me plagis vulnerari,
Cruce hac inebriari,

Ob amorem Filii.
Inflammatus & accensus,
Per te, Virgo, sim defensus
In die Iudicii.
Fac me Cruce custodiri,
Morte Christi præmuniri,
Confoveri gratia.
Quando corpus morietur,
Fac ut animæ donetur
Paradisi gloria. Amen.

℣. *Tuam ipsius animam doloris gladius pertransivit,*
℟. *Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.*

ORATIO.

INterveniat pro nobis, quæsumus

ſumus Domine Ieſu Chriſte, nunc & in hora mortis noſtræ, apud tuam clementiam Beata Virgo Maria Mater tua, cuius ſacratiſſimam animam, in hora tuæ Paſſionis, doloris gladius pertranſivit. Per te Ieſu Chriſte Salvator mundi. qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas DEUS per omnia ſæcula ſæculorum Amen.

Hymnus de Beata MARIA Virgine, quem S. ANTONIVS de Padua frequenter ſolebat.

lebát devotissimè orare. Et dum quadam vice diabolus eum suffocare vellet, incepto hoc Hymno astabat B. V. M. & malignum hostem profligavit.

O Gloriosa Domina, excelsa super sidera, qui te creavit provide, lactasti sacro ubere.

Quod Eva tristis abstulit, tu reddis almo gèrmine, intrent ut astra flebiles, cæli fenestrà facta es.

 Tu

Tu Regis alti ianua
& porta lucis fulgida: v
tám datam per Virgine
gentes redemptæ plau
dite.

IESV tibi ſit gloria,
qui natus es de Virgine,
cum Patre & almo Spiri
tu, in ſempiterna ſæcu
la, Amen.

Oratio ad B. V. M.

O MARIA Dei Genitrix,
& Virgo gratioſa, omni-

um

um desolatorum ad te claman
rium consolatrix vera, per il-
lud magnum gaudium, quo
consolata es, quando cogno-
uisti Dominum Iesum die ter-
tia à mortuis impassibilem re-
surrexisse sis consolatrix ani-
mæ meæ: & apud eundem tu-
um & Dei natum unigeni-
tum, in die novissimo, quan-
do cum anima & corpore ero
resurrecturus, & de singulis
meis factis rationem redditur9
me digneris iuvare, ut per-
petuæ damnationis sententi-
am per te, pia Mater & Vir-
go, valeam evadere, & cum
ele-

electis Dei omnibus, ad æterna gaudia feliciter pervenire, Amen.

LITANIÆ
DE B. V. MARIA.
Pro felici morte recitandæ.

KYrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos,
Pater de cælis Deus. Miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus. Miſerere nobis.

Spiritus S Deus, Miſerere nobis.

Sancta Trinitás unus Deus Miſerere nobis.

Sancta Maria. Ora pro nobis,

Sancta Dei genitrix. Ora.

Sancta Virgo Virginum. Or.

Mater Chriſti, Ora.

Mater Divinæ gratiæ, Ora

Mater puriſſima, Ora.

Mater caſtiſſima, Ora.

Mater inviolata, Ora.

Mater intemerata, Ora.

Matet amabilis, Ora.

Mater admirabilis, Ora,

Mater Creatoris; Ora-

Mater

Mater Salvatoris, Ora.
Virgo prudentissima Ora.
Virgo veneranda, Ora.
Virgo prædicanda Ora.
Virgo potens, Ora.
Virgo clemens, Ora.
Virgo fidelis.
Virgo concepta sine peccato originali, Ora pro nobis.
Virgo libera à debito contrahendi peccati originalis, O.
Speculum Iustitiæ, Ora,
Sedes sapientiæ. Ora.
Causa nostræ lætitiæ, Ora.
Vas Spirituale. Ora.
Vas honorabile, Ora.
Vas insigne devotionis, Ora.

Rosa

Rosa mystica, Ora.
Turris Davidica, Ora.
Turris eburnea. Ora.
Domus aurea, Ora.
Fœderis arca, Ora.
Ianua cæli, Ora.
Scala Paradisi, Ora,
Stella matutina, Ora
Salus infirmorum Ora,
Refugium peccatorum. Ora.
Consolatrix afflictorum, Ora.
Auxilium Christianorum, O.
Regina Angelorum, Ora.
Regina Patriarcharum, Ora,
Regina Prophetarum, Ora.
Regina Apostolorum, Ora.
Regina Martyrum, Ora.

Regina Confeſſorum, Ora
Regina Virginum, Ora
Regina SS. omnium, Ora
Regina & Aduocata Poloniæ Ora pro nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Miſerere nobis.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.

℣. *In conceptione tua Virgo immaculata fuisti,*
℟. *Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti.*

Oremus.

DEus qui per immaculatam Virginis conceptionem, dignum Filio tuo habitaculum præparasti, quæsumus; ut qui ex morte ejusdem Filii prævisá, eam ab omni labe præservasti, nos quoque mundos ejus intercessione, ad Te pervenire concedas. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

℣

℣. *Emitte Spiritum tuum & creabuntur.*

℟. *Et renovabis faciem terræ.*

Oremus.

DEus qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

℣. *Ora pro nobis S. Ioseph.*

℟. *Vt digni efficiamur promissionibus Christi.*

Oremus.

SAnctissimæ Genitricis tuæ Sponsi

Sponſi quæſumus Domine meritis adiuvemur: ut quod poſſibilitas noſtra non obtinet eius nobis interceſſione donetur. Qui viuis & regnas cum Deo Patre &c.

OREMUS

Ave digne Conſors B. Virginis Mariæ S. Ioſeph, qui Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum infantem cuſtodiſti, & ab eius ore ſanctiſſimo Pater vocari meruiſti: vitam noſtram, & horam mortis noſtræ protege, & amorem Iesu, & Mariæ nobis obtine.

Pſal-

PSALMVS.

LAudate Dominum omnes gentes,
Laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto,

Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Oratio

Oratio Iaculatoria S. Gertrudis ad B. V. M. pro felici morte.

AVe candidum lilium fulgidum, ſemperque tranquillum Trinitatis; Roſaque perfulgida cœlicæ amænitatis, de qua naſci, & de eius lacte paſci Rex Cælorum voluit. Divinis influxionibus animas noſtras paſce ô Virgo & Mater MARIA, Amen.

Brevis ſalutatio ad B. V. M recolens dolores & gaudia ipſius & Filij ſui frequenter dicenda.

Ave

Ave Mater Dei dignissima Virgo dulcis MARIA, gratia, gemitibus, & doloribus immensis undique plena. Dominus tecum, particeps omnium dolorum, & pœnarum suorumque omnium singulorum dolorum ac pœnarum. Te participem faciens, & cunctorum aliorum. Benedicta vestra tanta patientia, & continua passio mentalis & corporalis tam immensa. Et benedictus fructus tantorum cruciatuum & dolorum vestrorum, gladiis variis mutuæ compassionis, animas vestras ab

ab instanti conceptionis usq; aq mortem, crudelissime ac multipliciter pertranseuntium, & infinita bona nobis adducentium.

Ad B. V; MARIAM pro salutari morte obtinendâ

ORATIONES

Ex Antonio de Baringhem, Soc: Iesu, ex vita eius. PRIMA.

Quam ipsa Deipara docuit S. Melchtildem Virginem Ord. S. Benedicti, promittens se illi in

in hora mortis adfuturam, eam quotidie recitasset.

In primis dicatur unu Ave Maria.

ORATIO.

O Domina mea S. MARIA sicut DEVS Pater, per omnipotentiam suam te potentissimam effecit, ita mihi quaeso adsis in hora mortis expellendo â me omnem contrariam potestatem.

Dicatur iterùm Ave Mariá, & postea Oratio.

O Domina mea S. MARIA sicut te dilectissimus Fili

u

us tuus tantâ scientiá & claritate ornavit, ut fulgoribus claritatis tuæ, totum cælum, illumines, ita in hora mortis meæ animam meam cognitione fidei sic illustres, & corrobores, ut nullo errore aut ignorantia pervertatur.

Tandem tertio superaddatur Ave Maria, postmodum

Oratio.

O Domina mea S. MARIA sicut Spiritus S. suum amorem, tibi plene infudit, ita tu in morte dulcedinem, amoris Divini mihi instilla, ex

quo omnis amaritudo mihi reddatur suauissima, Amen.

ALIA

Ex Fasciculo Orationum.

O Domina dulcissima visceribus misericordiæ plena, succurre mihi misero peccatori, ne mors subitanea & improvisa mihi superveniat, aut imparatus de hoc mundo transeam. Ora pro me MARIA Virgo Benedicta, ob unigeniti Filii tui Domini nostri Iesu Christi mortem amarissimam, ut peccatum detester, diabolo & operibus ejus abrenunciem, veram contriti-

onem

onem habeam, firmumque propositum fugiendi peccata, & peccatorum occasiones, decentem confessionem faciam; pro peccatis satisfactionem debitam, Deoq; gratam exolvam, cunctisq; bonis operibus abundem, atq; in hac bona dispositione, usq. ad mortem perseverem: & SS. Ecclesiæ Sacramentis devote susceptis, absq; præsumptione, & desperatione, de hoc mundo transeam. O Beatissima Virgo MARIA, Mater Dei, fac mecum misericordiam tuam in illa tremenda hora, quando

ſpiritus vitales deficient, lingua mortua nequibit movere ad invocandum neq; oculi mei lucem cap poterunt, aureſq; meæ n voci pateſcent. Memor e tunc o MARIA, precum quas indignus nunc fundo aures tuæ pietatis, & ſubv mihi in illa ultima hora ceſſitatis meæ, ut liberer miniſtris diaboli, & colloc cum Chriſti fidelibus, Fili ſeruis & amicis. Amen.

Oratio ad B. V: M: quam omnibus recitantibus Sixt IV

IV. concessit Indulgentiam 12. millium annorum. Ex Bernard. de Busto, tom 3 p. 12: ser. 1. de cor. M: p 3,

Ave Sanctissima MARIA Mater Dei, Regina cæli, porta Paradisi, Domina mundi, singularis & pura tu es Virgo. Tu concepisti Iesum sine macula. Tu peperisti Creatorem & Salvatorem mundi, in quo ego non dubito, libera me ab omni malo, & ora pro peccatis meis. Amen.

Ad B. V. MARIAM.

O Domina mea S. MARIA, me

me in tuam benedictam fidem, ac singularem custodiam, & in sinum misericordiæ tuæ, hodie & quotidie. & in hora exitus mei, animam meam & corpus meum tibi commendo, omnem spem meam, & consolationem meam, omnes angustias & miserias meas, vitam & finem vitæ meæ tibi committo: ut per tuam sanctissimam intercessionem, & per tua merita, omnia mea dirigantur & disponantur opera, secundum tuam tuiq; Filii voluntatem. Amen.

Benedictio B. M. V. ad Apostolos.

BEnedicat vos Filioli & totum hunc mundum Dominus Deus Pater, & Sponsus meus Jesus Christus Filius unigenitus meus; Spiritus Sanctus amor meus Amen.

LITANIÆ

DE SS. NOMINE JESU.

KYrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.
Christe audi nos
Chtiste exaudi nos,

Pater

Pater de cælis Deus: Misere-
rere nobis.
Fili Redemptor mundi De-
us. Mise.
Spiritus Sancte Deus. M.
Sancta Trinitas unus Deus M.
Iesu Fili Dei vivi. M.
Iesu potentissime M.
Iesu fortissime M.
Iesu perfectissime M.
Iesu gloriosissime M.
Iesu mirifice M.
Iesu iucundissime M.
Iesu charissime M.
Iesu clarior sole M.
Iesu pulchrior Luna M.
Iesu splendidior stellis. M.

Iesu

Iesu delectabilis M.
Iesu admirabilis M.
Iesu honorabilis M.
Iesu humillime M;
Iesu pauperime, M.
Iesu mitissime M.
Iesu patientissime M.
Iesu obedientissime M.
Iesu castissime. M.
Iesu dulcissime; M,
Iesu amator castitatis. M:
Iesu amator pácis. M.
Iesu amator noster. M.
Iesu speculum vitæ. M.
Iesu exemplar virtutum. M.
Iesu decus morum. M.
Iesu zelator animarum. M.

Iesu

Ieſu refugium noſtrum. M.
Ieſu Pater pauperum. M.
Ieſu conſolator afflictorum. M.
Ieſu theſaurus fidelium M.
Ieſu gemma pretioſa. M.
Ieſu armarium perfectionis M.
Ieſu bone Paſtor ovium. M.
Ieſu ſtella maris, M.
Ieſu lux vera. M.
Ieſu ſapientia æterna. M.
Ieſu bonitas infinita. M.
Ieſu gaudium Angelorum M.
Ieſu Rex Patriarcharum. M.
Ieſu inſpirator Prophetarum
Miſerere nobis.
Ieſu Magiſter Apoſtolorum.
Ieſu Doctor Euangeliſtarum
Miſerere nobis. Ieſu

Iesu fortitudo Martyrum. M.
Iesu lumen Confessorum, M.
Iesu Sponse Virginum. M.
Iesu corona Sanctorum omnium. Miserere nobis.
Propitius esto. Parce nobis Iesu,
Propitius esto. Exaudi nos Iesu.
Ab omni malo. Libera nos Iesu.
Ab omni peccato. Libera nos Iesu.
Ab ira tua. L,
Ab insidiis Diaboli. L.
A transgressione mandatorum tuorum. Lib.

Per

Per incarnationem tuam, l

Per adventum tuum. l

Per nativitatem tuam. l

Per labores tuos. l

Per flagella tua, l

Per mortem tuam. l

Per reſurrectionem tuam. l

Per Aſcenſionem tuam. l

Per coronationem tuam, l

Per gaudia tua. l

Per gloriam tuam. l

Peccatores, Te rogamu
audi nos.

Vt pacem nobis dones, Te

Vt compunctionem cordis
nobis dones. Te ro

Vt fontem lachrymarum no
bis dones. Te ro

Vt illicitas voluptates à nobis abſcindere digneris. T.
Vt ſpatium pœnitentiæ nobis dones Te ro:
Vt remiſſionem omnium peccatorum noſtrorum nobis dones. Te ro.
Vt gratiam tuam nobis concedere digneris. Te.
Vt ad gaudia æterna nos perducere digneris Te.
Vt domnum Apoſtolicum in ſáncta religione conſervare digneris. Te.
Vt nobis tuâ miſericordiá, vitam & proſperitatem, victoriam, atq; poſt obitum

requiem æternam donare digneris. Te rog.

Vt cunctum populum Christianum in perpetua pace conseruare digneris. Te,

Vt animabus Parentum nostrorum requiem æternam donare digneris. Te.

Fili Dei, Te rogamus audi nos.

Iesu, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine

Iesu. qui tollis peccata mundi: Exaudi nos Domine

Iesu qui tollis peccata mundi Miserere nobis.

Antiphona.

Omnis

Omnis qui invocaverit Nomen Domini, ſalvus erit.

℣. *Sit Nomen Domini benedictum.*

℟. *Ex hoc, nunc & uſque in ſeculum.*

OREMVS

DEus qui glorioſo ac mirabili nomine dilectum unicum tuum, Redemptorem noſtrum, IESVM appellare voluiſti: concede propitius, ut qui eiuſdem benedicti Salvatoris nomen celebriter veneramur in terris, eius felici con

ſortio perenniter perfruamur in cælis, Amen.

Oratio S. Bernardi de SS. nomine IESV.

O Bone IESV, ô piiſſime IESV, ò dulciſſime IESV, ô IESV, Fili MARIÆ Virginis, plene miſericordia & pietate, ô dulcis IESV, ſecundum magnam miſericordiam tuam, miſerere mei. O clementiſſime IESV te deprecor, per illum ſanguinem pretioſum, quem pro peccatori

toribus effundere voluisti ut abluas omnes iniquitates meas, & in me respicias miserum & indignum humiliter veniam petentem, & hoc nomen sanctum IESVS inuocántem. Nomen I E S V, nomen dulce, nomen I E S V, nomen delectabile, nomen IESV, nomen confortáns Quid est enim IESVS nisi Saluator? Ergò IESV, propter nomen Sanctum tuum, esto mihi IESVS &¡sal

na me, nec permittas me damnari, quem de nihilo creasti.

O bone IESV, ne perdat me iniquitas mea, quem fecit omnipotens bonitas tua: ô dulcis IESV recognosce quod tuum est in me, & abstergo, quod alienum est: ô benignissime IESV miserere mei dum tempus est miserendi, ne damnes me in tempore judicii. Quæ utilitas in sanguine meo dum descen-

ſcendero in æternam corruptiônem? non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum.

O amantisſime IESV, ô deſideratisſime I E S V, ô IESV, IESV, IESV, admitte me intrare in numerum electorum tuorum, ô IESV, ſalus in te credentium ô I E S V ſolatium ad te confugientium; ô I E S V dulcis remisſio omnium peccatorum: O IESV Fili

Mariæ Virginis, infunde in me gratiam, ſapientiám, charitatem, caſtitatem & humilitatem, ut poſsim te perfectè diligere & laudare, te perfrui, tibi ſeruire, & in te gloriari: & omnes qui invoant nomen tuum, quod eſt IESVS, Amen.

ORA-

ORATIONES
AD VVLNERA CHRISTI,

ROgo te Domine IESV, per illa salutifera vulnera tua, quæ pâssus es in Cruce, pro salute nostra: è quibus emanavit ille pretiosus sanguis quo sumus redempti; vulnera hanc animam meam peccatricem, pro qua etiam mori dignatus es, vulnera eam igneo & potentissimo telo tuæ nimiæ charitatis. Confige cor meum, iaculo tui amoris, ut dicat tibi anima mea, charitate tua vulnerata sum,

ita ut ex ipso vulnere amoris tui uberrimæ fluant lachrymæ die ac nocte. Percute Domine: percute obsecro hanc durissimam mentem meam, pia & valida cuspide dilectionis tuæ, & altius ad intima penetra potenti virtute. Qui vivis & regnas cum Deo Patre &c.

Duæ Orationes S. Brigittæ ad longitudinem & profunditatem vulnerum Christi.

I.

O IESU Alpha & Omega, vita

vita & virtus in omni tempore recordare, quod à summo capitis usque ad plantam pedis te pro nobis in aqua passionis tuæ demersisti Propter latitudinem. & longitudinem vulnerum tuorum, doce me per veram charitatem, custodire latum mandatum tuum nimis in peccatis demersum, Am-

Pater, noster, Aue Maria.

II.

O IESU Abyssus profundissima misericordiæ, rogo te propter profunditatem vulnerum tuorum, quæ pertransierunt medullam ossium ac vi-

ſcerum tuorum: ut me ſubmerſum in peccatis emergas; abſcondaſque me in foraminibus vulnerum tuorum, à facie iræ tuæ, donec pertranſeat furor tuus Domine. Am.

ORATIO.

Ad Ieſum Salvatorem

DEus qui pro redemptione mundi voluiſti naſci, circumcidi à Iudæis reprobari: à Iuda traditore oſculo tradi, vinculis alligari, ſicut Agnus innocens ad victimam duci, atque conſpectibus Annæ, Caiphæ, Pilati & Herodis indecenter offerri, à falſis

ſis teſtibus accuſari, flagellis & opprobriis vexari, ſputis conſpui, ſpinis coronari, colaphis cædi, arundine percuti, facie velari, veſtibus exui, cruci clavis affigi in cruce levari, inter Latrones deputari, felle & aceto potari, & lancea vulnerari. Tu Domine, per has ſanctiſſimas pœnas tuas, quas ego indignus recolo, & per ſanctam Crucem, & mortem tuam, libera me à pœnis inferni, & perducere dineris, quo perduxiſti latronem tecum crucifixum. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis

&

& regnas in sæcula sæculorum, Amen.

Devotissimus quotidie Sacratissima quinq; vulnera Domini nostri Iesu Christi salutandi modus.

1.

Dulcissime IESU adoro vulnus manus tuæ dextræ; dá mihi quæso victoriam de me ipso, & gratiam extirpandi ex corde meo omnia vitia, & inclinationes malas. Recommendo tibi in hoc vulnus, vniversalem Sanctæ Ecclesiæ statum, conversionem infidelium

lium & reductionem ad eandem omnium hæreticorum.

Pater noster Aue Maria.

II.

Patientiſſime IESV, adoro Vulnus manus tuæ ſiniſtræ, Rogo Te, da mihi patientiam in omnibus aduerſitatibus, largire mihi fortitudinem in extremo vitæ momento & gratiam evitandi mortem æternam In idém vuluns tuum ſacroſanctum commendo tibi tuos utriusque ſexûs fideles.

Pater noſter Aue Maria.

AMabiliſſime IESU, adoro ſacratiſſimum vulnus pedis

dis tui dextri. Da mihi quæso gratiam progrediendi semper in melius in via tuorum sacratissimorum mandatorum in operibus bonis, & augmento omnium virtutum, secundum tuam sanctissimam & divinam voluntatem. In idem sacratissimum vulnus commendo tibi omnes Ecclesiasticos, & utriusque sexus Religiosos,

Pater noster, Aue Maria.

IV.

BEnignissime IESU, adoro sacratissimum vulnus pedis tui sinistri. Obsecro te, libera

ra me ab omnibus periculis tám animæ; quàm corporis, & da mihi grátiam effugiendi omnia peccata, & peccandi occasiones. In idem vulnus sacratissimum recommendo tibi omnes meos Beuefactores propinquos, amicos, inimicos & omnes omninò prò quibus orare teneor.

Pater noster. Aue Maria.

V.

AMabilissime & misericordissime IESV, indignissimus ego in tuo conspectu pec cator, adoro vulnus sacratissimi lateris tui, Oro humiliter

ter, ut ardentiſſimo tuo amore me incendat, ut omni inordinato affectu, ad quaſcunque creaturas derelicto, tu ſolus ſemper cor meum inhabites, Commendo huic ſacratiſſimo vulneri tuo, omnes animas, quæ in purgatorio detinentur.

Pater noſter, Ave Maria.

Salutatio Membrorum Chriſti Domini.

SAlve tremendum cunctis poteſtatibus caput Domini Jeſu Chriſti Salvatoris noſtri, pro-

pro nobis ſpinis coronatum, & arundine percuſſum.

Salve ſpecioſiſſima Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti facies. pro nobis ſputis & alapis cæſa,

Salvete benigniſſimi Domini IESV Chriſti Salvatoris noſtri oculi, pro nobis lachrymis perfuſi.

Salve mellifluum os, gutturq; ſuaviſſimum Domini noſtri IESU Chriſti, pro nobis felle & aceto potatum.

Salvete aures nobiliſſimæ Domini iESV Chriſti, Salvatoris noſtri, pro nobis contumeli-

meliis & opprobriis affectæ,

Salve collum humille IEsu Christi, pro nobis colaphizatum, dorsumq; sanctissimum pro nobis flagellatum.

Saluete Venerabiles Domini nostri IESV Christi manus & brachia pro nobis in cruce extensa.

Salue pectus mitissimum Domini IESV Christi; Saluatoris nostri, pro nobis in passione conturbatum.

Salue Latus gloriosissimum Domini nostri IESV Christi pro nobis lanceâ militis perforatum.

Sal-

Saluete Domini IESV Chriſti, Saluatoris noſtri, ſacra miſericordiæ genua, pro nobis in orationibus flexa.

Saluete Domini IESV Chriſti, Saluatoris noſtri, pedes adorandi, pro nobis clavis affixi.

Salue Corpus totum IESU Chriſti, pro nobis in cruce ſuſpenſum, vulneratum, mortuum & ſepultum,

Salve ſanguis pretioſiſſime de corpore Domini Ieſu Chriſti, Salvatoris noſtri' pro nobis effuſe.

Salve ſanctiſſima Domini noſtri IEſu Chriſti anima in ma-

nus Pátris commendata,

In eadem commendatione tibi commendo hodie, & quotidie, animam meam, vitam meam, cor & corpus meum, omnes amicos, benefactores, propinquos consanguineos meos, & animas parentum, fratrum, sororum, ac inimicorum meorum, ut nos protegere. liberare, & defendere digneris ab omnibus insidiis inimicorum nostrorum, visibilium & iu visibilium nunc & in perpetuum, Amen.

ORA-

ORATIONES VARIÆ.

Orationes B FRANCISCI Ad DEUM Patrem.

Has Orationes Seraphicus P. Franciscus & composuit & Orauit.

I.

PAter de cælis DEUS, peto te in nomine IESV Christi Nazareni Crucifixi Filii dilecti, ut dimittas mihi omnia peccata meá, & omnes negligentias meas, & delicta iuuentutis meæ. Amen.

II.

PAter de cælis DEUS, pe
to te in Nomine JESU
Christi Nazareni Crucifi
xi Filii tui benedicti, u
des mihi gratiam in ha
vita, servire tibi secun
dum beneplacitum tu
um, Amen.

III.

PAter de cælis DEUS, p
to te in nomine JES
Christi Nazareni Crucif
xi Filii tui unigeniti. u
in hora mortis meæ m
sere

ſerearis mihi, & ſuſcipias ſpiritum meum, per eundem Chriſtum Crucifixum, Amen,

Aſpirationes flammigeræ ſecundum Bloſium, quotidie repetendæ; ſi vacat. Imò ſive quieſcas, ſive progrediaris, vel aliquid aliud facias ſemper animo revolvendæ.

O Bone IESV, bone I E S V, bone IESU! O ſpes mea, refugium meum, & ſalus mea! miſerere, miſerere, miſere mei. Pauper ſum & egenus, & infirmus. Nihil valeo, ni-

M hil

hil habeo, nihil ſum, nih
poſſum ex me. male tibi ſe
vio, ſervus inutilis ſum. Do
mine IESU miſerere mei. E
ce prædilectæ, ecce vulne
tua roſea, & ſuaviſſima, eg
ſaluto & veneror illa. Salv
te vernantes & ſalutiferæ pl
gæ Domini mei. Salve ben
gniſſimum cor amatoris me
pro me vulneratum. Salv
totius boni, totiuſq; beatitu
dinis amœniſſimum gazophi
lacium, Christe IESV gratia
tibi ago pro ipſis colen
vulneribus tuis. Eia immerg
me in illa, abſconde me in

is

s: inſcribe & in prima illa
cordi meo intime, ut tui a-
more, totus ardeam ac meau-
litus tibi compatiar. Concede
ut omnes creaturæ fragiles mi-
hi vileſcant, & tu ſolus dulce-
ſcas & placeas. Conforma me
ſacræ humanitati tuæ. O Dile-
cte, dilecte ô Charorum omni-
um Chariſsime! ô Amor meus
unice! O Sponſe floride! Spon-
ſe melliflue! O dulcedo cordis
mei, & vita animæ meæ! ac-
cende, concrema & transfor-
ma me, ut nihil præter te vivat
in me. Eia vulnera, vulnera
cor meum profundiſſime ia-
culo amoris tui.

Hic relicta imaginatione h manitatis Christi, convert spiritum tuum placide, simpliciter ad Divinitatem

O Domine Deus! ô Delic sum principium meum! Amabilis Abyssus! ô serena l intimorum meorum! ô si plicissimum atq; iucundi mum bonum, verum & i commutabile bonum, meu O Deus meus & omnia, qu volo præter te, tu es summ sufficientia mea:

O quando, quando te fel citer inveniam? quando a den-

dentiſſime diligam te? quando tenaciſſime tibi agglutinabor?O quando, quando quando me totum in te rapies quando me totum abſorbias quando me tibi ſine medio unies? Eia remoue miſeticorditer omnia impedimenta; & unum me tecum Spititum effice ad laudem nominis tui.

Ave glorioſa, fulgida, & ſemper tranquilla Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus, Sanctus, unus Deus. Eja digneris animam meam paſcere tuis influxibus.

Ave MARIA gratiá plena Dominus

mnus tecum. Ave Virgo suavis, felix Dei MATER, præclara Regina cælorum. Ave Sidus rutilans rosa valde venusta, candidum Lilium Trinitatis. O Domina miserere mei pauperrimi exulis.

Ave chare Dei, N. Ave egregia SPonsa Christi N, Ave sancte Angele Dei, custos meus fidelis. Avete Sancti sanctæq; omnes, & Beati spiritus Angelici qui torrentem voluptatis divinæ semper inebriamini. Orate pro me nunc & in hora mortis meæ. Pie Jesu, rogo te per venerandam Passi-

Passionrm & mortem tuam: da vivis veniam & gratiam, da fidelibus defunctis requiem lucemq; sempiternam, Am.

Gratiarum actio valde elegans prō innumeris Dei beneficiis.

Omnipotens sempiterne Deus tu es vita mea, omne bonum meum, & universa mea felicitas. Ego autem terræ pulvis, & miser vermiculus terræ ante faciem tuam sto, te laudare, tibiq; gratias agere gestiens, quia tu me ex immensa charitate, & gratuita benitate tua creasti ad imaginem

&

& ſimilirudinem tui. Tu va-
rias propter me creaturas i
uſum meum & miniſterium
creaſti, Tu me ab exordio vi
tæ meæ, uſque ad hanc horai
in corpore & anima pauiſti
& foviſti, Tu me ab innume
ris periculis animæ, & corpo
ris aut præſervaſti, aut er
puiſti. Tu in peccatis grauiſſi
mis me putridum aberran
tem, tibi contumelioſum,
& mundo ſcandaloſum to
annis longanimiter toleraſti
nec quod millies, & millie
commerueram, in ſceleribu
meis me damnaſti,* ſed ad ſa
lutis viam, licet ſurdùm, va

riis instinctibus atque modis admonuisti, & reducere fugientem & renitententem voluisti, donec tandem malitiam meam benignitate tua superans me singulari graria tua ad pœnitentiam agendam excitasti.

Cæterùm, ut tecum inperpetua gaudeam felicitate, Filium tuum præmisisti in mundum, quem etiam in dolores, pœnas ignominias, ad crucem: & ad morrem propter me exposuisti.

Eia benignissime IESV, Fili Dei unigenite, ad te nunc

me

me conuerto. Agne mitissime ac mansuetissime IESV. Quid retribuam tibi pro omnibus quæ retribuisti mihi?

Adoro, laudo, & glorifico te, benedico & gratias ago tibi Domine IESV, pro universis miserationibus & beneficiis tuis. Gratias ago tibi ô Fili Dei vivi, Deus altissime, qui propter nimiam charitatem, qua me dilexisti, dignatus es homo fieri. Voluisti pro me in stabulo nasci, infans pannicu lis involvi, fasciolis stringi in præsepio reclinari, modico lacte Virginis Matris ali, pau-

per-

pertatem & egestatem tolerare, multiplicibus laboribus, & ærumnis triginta tribus annis fatigari.

Voluisti sudore sanguineo præ angustiis suffundi, ignominiose compræhendi, indigne ligari, iniuste damnari, sputis fœdari, colaphis & alapis cædi, veste alba ridiculaque velut amens indui, & illudi.

Voluisti flagris crudelissime conscindi, spinis dire coronari, clavis attrociter cruci affigi felle & aceto inhumaniter potari.

Tu prœclarus vestitor sid-
rum, nudus, contemptus,
vulneratus & immensis dolo-
ribus afflictus, pro me pepen-
disti in cruce, pro me fudi
purissimum sanguinem tuum
pro me mortuus es.

Adoro, laudo, & glorifico
Te Domine IESV Christe, be-
nedico & gratias ago tibi p
æffusione pretiosissimi sangu-
nis, qui è vulneribus tuis, v
lut è fontibus largiter prof-
xit: pro vulneribus, pœnis d
loribus, pro lachrymis, sud
ribus atq; gemitibus, pro co
tumeliis, opprobriis, & in

siq

sionibus, pro cruciatibus illis, quos pertulisti, quando transfixis manibus & pedibus in stipite crucis, tribus horis vivus pendebás medius inter latrones.

Pro pietate & misericordia, quá venerandum tuum caput inclinans pro me mori dignatus es.

Gratias tibi ago pro descensu tuo ad inferos, sepultura, resurrectione, ascensione. & spiritus sancti missione, & pro vniversis tuis documentis & operibus.

Grátias ago pro mysterio

vivifici corporis & ſangvin
illius, quo in Eccleſia tua p
ſcimur, & potamur, ablu
mur, ſanctificamur, & meri
rum ſacroſanctæ humanitat
tuæ, & ſummæ divinitatis tu
participes efficimur.

Gratias ago tibi, qvod reg
neraueris nos in ſpem viua
per reſurrectionem tuam
quodq; per te adoptaveris n
in Filios, ſignans mentes n
ſtras Spiritu Sancto, & d
nans nobis pignus hæredi
tis æternæ.

Gratias ago pro omnibus m
ſerationibus inexhauſtæ bon
tatis

tatis tuæ, quod admirabili Sapientia tua nos gubernare digneris, quodq; usq; in finem sæculi te nobiscum mansurum promiseris.

Pro quibus omnibus offero tibi teipsum Benignissime IESV, id est, merita, virtutes, labores gratitudinem, passionem, & mortem tuam, cum Beatissimæ Matris tuæ MARIÆ meritis; ac Seraphici Patris FRANCISCI, ANTONII N. N. Sanctorum omnium. Offerro etiam & resigno tibi me ipsum in unione amoris, quo omni tempore uitæ tuæ teipsum uoluntati Pa-

tris resignasti, in omne beneplacitum tuum, quo mecum ita facias, ut omni ablata rebellione in me erga te, sola tua sanctissima atq; laudabilissima voluntas semper in me; de me, per me, & in omnibus fiat. Tu Domine ipsis beatis vulneribus me include, & præsta, ut ex eis verum tui amorem, æternamque salutem hauriam. Scribe illa in corde meo, ut in me & dolor compassionis excitetur, & ardor dilectionis accendatur. Per temetipsum, Domine IESV, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis &c.

ORA-

ORATIO DEVOTISSIMA ad SS. Crucifixum.

Quæ quotiescunq; dicitur semper liberat unam animam à pœnis purgatorii, concessa à Clemente VIII. ad instantiam infantis D. Catharinæ Principis Savoiæ.

Antiphona.

O Magnum mysterium, ô profundissima vulnera, ô passio acerbissima, ô dulcedo Deitatis, adjuva me ad æternam felicitatem consequendam.

℣. *Tuam Syndonem adoramus Domine,*

℟. *Tuam recolimus ſanctam Paſsionem.* Oremus

DEus qui nobis in ſancta Syndone quâ corpus tuum Sacratiſſimum, de cruce depoſitum, à Ioſeph involutum fuit, paſſionis tuæ veſtigia reliquiſti, concede propitius, ut per mortem & ſepulturam tuam ad reſurrectionis gloriam perducamur. Qui vivis &c.

Pater noſter, &c,

OFFICIUM S. FRANCISCI Seraphici.

AD MATUTINUM.

℣. *Amor Seraphicus incendát sensus & præcordia noster,*
℟. *Amen.*
℣. Domine labia mea aperies,
℟. Et os meum annunciabit laudem tuam.
℣. Deus in adiutorium meum intende.
℟. Domine ad adiuvandum

dum me feſtina.
Gloria Patri & Filio & Spiritui S.
Sicut erat in principio & nunc & ſemper &c.
Alleluia.

A Septuageſima uſq; ad Paſcha, loco Alleluia, *dicitur:* Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

HYMNVS.

VItiorum putredine mundo ſordeſcente.
Peccatorumq; numero inveteraſcente.

Et

Et in Dei amore omninò frigeſcente,
Venit, qui purget, renovet, uratque repente:

Antiphona.

O Patriarcha pauperum, nos pauperes fac ſpiritu, conſortes redde ſuperum, ereptos ab interitu

℣. *Ora pro nobis S. Franciſce*
℟. *Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.*

Oremus.

DEus, qui Eccleſiam tuam Beati Franciſci meritis fœtu nouæ prolis amplificas. tri-

hue nobis ex eius imitatione terena despicere, & cælestium donorum semper participatione gaudere. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat, &c

AD PRIMAM.

℣. *Amor Seraphicus &c. ut supra.*

℣. Deus in adiutorium meum intende.

℟. Domine ad adiuvandum me festina.

Gloria Patri, & Fil: &c.

Sicut erat in princ, &c.

HY-

HYMNVS.

HIc est Franciscus zelo qui nimio fervidus,
Animarumque vitæ ac salutis cupidus
Pœnitentiam indicit, dæmon ne perfidus,
Eas deglutiat, versipellis, & avidus

Antiphona.

O Patriarcha pauperum, &c.

℣. *Ora pro nobis S. Fran: &c.*

ORATIO.

DEvs, qui Ecclesiam tuam, Beati, &c.

AD TERTIAM.

℣. *Amor Seraphicus &c.*
℣. Deus in adiutorium meum intende,
℟. Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, & Fil: &c.
Sicut erat &c.

HYMNVS.

VTque facilius posset illud adimplere,
Minorum plantavit vineam, vitam qui verè.
Apostolicam secuti, causa fuêre:
Redimendi, quod homines, heu! perdidere.

Anti-

Antiphona.

O Patriarcha Pauperum, &c-

Verſ: & Orat. ut ſupra.

AD SEXTAM.

℣. *Amor Seraphicus &c.*

℣. Deus in adiutorium meum intende,

℟. Domine ad adiuuandum me feſtina,

Gloria Patri & Filio, &c.

Sicut erat in princip: &c.

HYMNVS

HVnc ſibi in vita præ aliis ſimilavit

Dominus IESVS, & ſignaculis conſignavit.

Passionis suæ: idque palam declaravit.
Quantâ eum hic luce; in cœloque ditavit.

Antiphona.

O Patriarcha pauperum &c.
Vers: & oratio ut supra.

AD NONAM.

℣. *Amor Seraphicus &c.*
℣. Deus in adiutorium meum intende.
℟. Domine ad adiuvandum me festina.
Gloria Patri & Filio, &c.
Sicut erat in princip, &c.

HY-

HYMNUS,

HOra denique iam instante
sui transitus,
Suos hortatur Fratres ad a-
mandam penitus
Paupertatem, Post hæc felix
ille spiritus
Spirans ad cælum volat. O
quam lætus exitus!

Antiphona.

O Patriarcha pauperum &c.
Versus & Oratio ut supra.

AD VESPERAS.

℣. *Amor Seraphicus &c.*
℣. Deus in adiutorium
meum intende.

℟.

℟. Domine ad adiuuandum me festina,
Gloria Patri & Filio, &c.
Sicut erat &c.

HYMNUS.

STatim post obitum cæpit signis clarescere.
Et corpus emortuum videbâtur vivere;
Tum Redemptoris vulnera licebat cernere,
Quæ Deus servo suo dignatus est figere,

Antiphona.

O Patriarcha pauperum &c.
Versus & Oratio, ut supra.

AD

AD COMPLETORIVM

℣. *Amor Seraphicus &c.*

℣. Converte nos Deus salutaris noster.

℟. Et averte iram tuam à nobis.

℣. Deus in adiutorium meum intende.

℟. Domine, ad adiuvandum me festina.

℣. Gloria Patri, &c.

HYMNVS

Sacrum condunt funus cum
hymnis & luminibus,
Sicque reboat polus & solum
laudibus:] Ora,

Ora, te nos prosequi tuis in virtutibus,

Antiphona.

O Patriarcha Pauperum &c.

℣. *Ora pro nobis &c.*

Oratio.

DDus, qui Ecclesiam tuam, B. Francisci meritis &c.

COMMENDATIO

HAsce Horas Canonicas piâ ratione.

Licet parua, Crucis amator, attentione:

Tibi dixi, ut me iuves intercessione.

Ac præstes auxilium mortis in agone, Amen. *An-*

Antiphona

Cœlorum candor ſplenduit,
Novum ſidus emicuit,
Sacer Franciſcus claruit,
Cui Seraph apparuit:
Signans eum charactere
In volis, plantis, latere,
Dum formam crucis gerere.
Vult corde, ore, opere.

℣. *Signaſti Domine ſervum tuum Franciſcum.*

℟. *Signis redemptionis noſtræ.*

ORATIO.

Domine IESV Chriſte, qui frigeſcente mundo ad inflammandum corda noſtra tui amo-

amoris igne, in carne Beatissimi Patris nostri Francisci passionis tuæ sacrastigmata renouasti, concede propitius, ut eius meritis & precibus crucem iugiter feramus, & dignos fructus pœnitentiæ faciamus. Qui vivis & regnas in unitate Spiritus &c.

II.

O Seraphice ac Beatissime Pater Francisce, imitator & signifer dulcissimi IESV crucifixi, qui inter alios sanctos speciali privilegio amoris & honoris ornatus fuisti, tuam enim animam lumine repleuit

amo-

amoris: & in tuo corpore sua sanctissima vulnera renovauit Per amorem ipsius dûlcissimi IESV te deprecor Pater mi S. Franciſce, ut sis semper & ubique meus adiutor, Pater; & custos, ac advocatus apud ipsum Dominum, in vita & in morte. O Pater S. Franciſce dilecte Dei, te item suppliciter obnixeq; deprecor: ut impetres mihi a Domino IESV CHRISTO compunctionem & remissionem omnium peccatorum. O Pater mi ora pro me ut Dominus per suam misericordiam & pietatem faciat me cognoſcere,

re, amare & desiderare se super omnia, faciat me ei seruire cuncto tempore vitæ meæ. O Pater Francisce confessor Dei ora pro me, ut Dominus per suam misericordiam & charitatem faciat me esse verum Filium & discipulum tuum, & repleat animam meam illis donis, quibus repleuit tuam. O Pater S. Francisce deprecor te per amorem Sanctæ MARIÆ Virginis & Matris Dei, ad quam magnam habuisti deuotionem, ut sis mihi adiutor, quando anima mea egredietur de corpore meo, & ora pro me

ut Dominus per ſuam ſanctam miſericordiam, & per mærita ſuæ Sanctiſsimæ Matris, & per amorem & merita tua, Pater mi, perducat animam meam ad paradiſum, & faciat me eſſe tecum cum ſanctis ſuis in gloria ſua AMEN

Salutatio Beatiſſimi ac Seraphici Patris Franciſci.

Salve Pater Paupertatis,
Miles miræ novitatis.
Summi Regis ſignifer.
Per ſigna quæ tu portas,
Hoſtem vincis & confortas.
Certantes fideliter.

Hinc

Hinc precamur Pater pie
Vt in pugna huius viæ
Nos defendas iugiter.
Et tuos multiplica,
Deviosque revoca,
Reformans concorditer,
Sisque Cuſtos noſter bonu
Dulcis Rector & Patronus,
Dirigens ſalubriter.
In tremenda hora morti
Dum aderit leo fortis,
Armati ſimus firmiter.
Adſit nobis tunc paratus,
Ne nos ille deſperatos,
Captivet crudeliter.
Sed ab hoſte tunc erepti,
Simus tecum ſic protecti,
In cælum perenniter. Amen.

Alia salutatio ad eundem S. P. FRANCISCVM.

AAve, ave, ave, cordialiter in quam, ave Francisce ave Pater dilectissime, Paupertate & castitate plene, Dominus in monte Aluerniæ tecum: benedicta super omnes Sanctos diuina tua vulnera, & benedict⁹ amor ille tui cordis Seraphicus vivi Dei filius benedictissimus IESVS CHRISTVS. O humilis vir Francisce, pauperum Patriarcha, nobis quæso semper filiis tuis licet indignis adsta, præsertim in nostræ mortis hora, Amen.

O Cor-

COrda pia inflammantur
Dum Francisci celebrantur
Stigmatum insignia.
Ad quem venit Rex è cælo
Sex alarum tectus velo
Aspectu pacifico
Vertex montis inflammatur
Cor Francisci transformatur
Mirandis stigmatibus.
Hoc in monte vir devotus,
Vigil, nudus, ardens totus
Crebra dat suspira.
Collaudetur Crucifixus
Franciscus prorsus innixus,
Super mundi fœdera.

Benedictio S. P. Francisci Seraphici.

Bene-

BEnedicat tibi Dominus, & custodiat te, ostendat faciem suam tibi, & misereatur tui, convertat vultum suum ad te, & det tibi pacem. T. Dominus benedicat te.

Ad SS Patrónos quatuor, qui in genarali Sessione post introductam Confraternitatem S. ANTONII, ad mentem brevis SS. D. Alexardri VII. Posnaniæ electi sunt 27: Maij Anno 1670.

videlicet.

S Matthias Apostolus, die 24 *Febr.* Oa ORA-

ORATIO.

DEus qui Beatum MATTHIAM Apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue quæsumus; ut eius interventione tuæ circa nos pietatis semper viscera sentiams. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in sæcula sæculorum Amen.

SS. Philippus & Iacobus Apostoli, die 24 Maii.

ORATIO

DEus qui nos annua Apostolorum tuorum Philippi &

pi &

pi & Iacobi ſolemnitate lætificas; præſta quæſumus, ut quorum gaudemus meritis inſtruamur exemplis. Per Dominum noſtrum &c.

S, Laurentius Martyr, die 10. Aug.

ORATIO.

DA nobis quæſumus omnipotens DEVS, vitiorum noſtrorum flammas extinguere: qui Beato Laurentio tribuiſti tormentorum ſuorum incendiá ſuperare. Per Chriſtum Dominum noſtrum. A.

S, Ioannes Evangeliſta, die 27. Dec. ORATIO

ECclesiam tuam Domine benignus illustra: ut Beati Ioannis Apostoli tui & Evangelistæ. illuminata doctrinis ad dona perveniat sempiterna. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

In Ecclesia vero Laskoviensi in eiusdem Sanctæ Confraternitatis introductione electi sunt Patroni Anno Dnmini 1673 die 13 Iunij.

S. LAVRENTIVS Martyr.

Oratio ut supra.

S. FRANCISCVS Seraphicus

ORATIO.

DEus

DEVS qui Ecclesiam tuam Beati Francisci meritis fetu nouæ prolis amplificas, tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere, & cœlestium donorum semper participatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. A.

S. ANDREAS *Apostolus*

ORATIO.

Majestatem tuam Domine suppliciter exoramus ut sicut Ecclesiæ tuæ Beatus ANDREAS Apostolus extitit prædicator & rector: ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

S. IOSEPHVS. Oratio.

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi quæsumus Domine meritis adiuvemr, ut quod possibilitas nostra non obtinet eius nobis intercessione donetur. Qui vivis & regnas in sæula sæculorum. Amen.

ORATIO.

De S. Anna, quam recitantibus coram Altari, vel coram Imagine eiusdem Sanctæ, concessit SS. Pontifex Alexander IV. Indulgentiam 3000. annorum. Lancius 5. p. Engelgraph.

Aue

Ave MARIA gratia plena Dominus tecum, tua gratia sit mecum, Benedicta tu in mulieribus, & benedicta sit Anna Sanctissima Mater tua, de qua Tu sine peccato & omni macula nata es Virgo MARIA, & ex te natus est IESVS Christus, Dei Filius Dominus noster. Amen.

Ad B. Salomeam Virginem, Viduam Ordinis S. Claræ Filiam Serenissimi Lesci Albi Regis Poloniæ, Colomani Regis Haliciæ sponsam, Cracoviæ in Ecclesia S. Francisci Conventua.

tualium, ab anno 1268 miraculis corruscantem, cuius festiva memoria, recolitur die 17. Novembris.

Antiphona

Gemma Regni Poloniæ, SALOMEA vas gratiæ; dum mundi vanitatem calcat rerumq; copiam, sectatur Christi prævium in cruce nuditatem.

℣. *Omnis gloria, filiæ Regis ab intus,*

℟. *In fimbriis aureis circum amicta varietatibus.*

Ore-

Oremus:

Omnipotens æterne DEVS, qui B. SALOMEAM Virginem tuam de mundi naufragiis, illæsam triumphare voluisti, præsta famulis tuis, ut eius imitatione sic pertranseant temporalia, quatenus potiantur æternis. Per Christum Dominum nostrum Amen.

ALIA ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus, ineffabilem misericordiam tuam suppliciter deprecamur: ut sicut suauissimum olei liquorem, ex tumulo Beatæ SALOMEÆ Reginæ & Virginis

nis, Iugiter mirificeq; manan tem ad languentium infirmitates ſanandas, prodire feciſti ita eius meritis & interceſſione, omnes iniquitatum noſtrarum plagas, bellum, peſtem, famem, pernicioſam Hæreſim, ac noxias diſſenſiones, à Regno noſtro clementer auerte. Per Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

ORA-

ORATIONES ANTE CONFESSIONEM.

Actus Contritionis.

O infinitum Bonum meum, & ſummum deſiderium cordis mei, Domine mi IESV Chriſte, verus Deus, & verus homo, Creator & Salvator meus, doleo ex toto corde meo, quod te offenderim, quia tu Deus meus es, & te amo ſuper omnia, firmiterq; ſtatuo, nunquam poſthac peccare, ſed omnes peccandi occaſiones evitare, propono quoq; peccata mea confiteri, pœniten-

tiam, quæ mihi iniuncta fuerit exsolvere, & si quid alicui debeam rastituere. Amore etiam tui remitto iniuriam omnem à quocunq; mihi illatam, insuper ad expiandum peccata mea offerro Maiestati tuæ divinæ, vitam, labores & bona opera mea universa, etsi insuficientia, nt vero humillime peccatorum meorum remissionem efflagito, ita confido, ab infinita bonitàte tua per merita sanctissimæ passionis, sanguinis, & mortis tuæ ea mihi remittenda: præstandam etiam gratiam, quá vitam

tam meam emendem, & in sanctissimo servitio tuo in finem usque perseverem, A.

O DEUS meus doleo ex toto corde de omnibus peccatis meis, idque maxime quia te summum bonum offenderim. Ah! quàm graviter ferro mi IESU, DEUS meus & redemptor meus, quod unquam te offenderim, utinam mortuus fuissem, antequam te offendissem.

Oratio ante Confessionem

PAter misericordiarum & DEUS totius consolationis, ecce ego prostratus ante te,

acerbissime doleo, quod offenderim te Creatorem ac Redemptorem meum. Confidens verò in misericordia tua volo integre omnes iniquitates meas confiteri, vitamque serio emendare. Adiuva Domine DEUS pauperem hanc animam, pretiosissimo sanguine Christi redemptam. Et tu Virgo gloriosissima Mater Dei MARIA, intercede pro me. Vos Sancti Patroni mei N. N. omnesq; cæli Cives, orate pro me peccatore. Et quia ego non sum sufficiens ad impetrandam hanc gratiam, rogo

te

te mi Sancte Angele Custos ut offeras hanc bonam voluntatem meam, ut hanc confessionem perfecte faciam ad laudem & gloriam Dei & salutem animæ meæ Amen.

Deus propitius esto mihi peccatori.

Oratio iam iam Confessuri.

DEus qui corda scrutaris & renes, miserere nunc peccatricis animæ meæ, eiusque clementer & vincula solve, & vulnera sana, da cordi meo contritionem, & oculis meis fontem lachrymarum, ut cum humilitate, & puritate cordis,

meas omnes iniquitates, & negligentias digne defleam, passionisque tuæ fructum efficaciter in anima mea sentiam & consequar, illumina me Christe, adiuva memoriæ meæ fragilitatem, & defectus omnes quos confiteri me oportet, in veritate mihi ostende, ut plenè & contrito corde ipsos explicare & confiteri valeam, & una cum externa Sacerdotis absolutione anima mea remissionis & consolationis dulcedinem interne sentiat, Amen.

Post hæc prevolutus ingenua con-

Confessario peccata sua pœnitens explicabit clarè, humiliter & non properanter, finita cōfessione dicat

De his atq; aliis mihi ignotis, totiusque vitæ meæ peccatis accuso me, & doleo, propono emendationem, peto salutarem pœnitentiam, & absolutionem.

Oratio post Confessionem.

Sit tibi Domine, obsecro meritis Beatæ semper Virginis Genitricis tuæ MARIÆ, & omnium Sanctorum, grata & accepta ista confessio mea, & quidquid mihi defuit, nunc & alias de sufficientia contri-

tionis, de puritate & integritate confessionis, suppleat pietas, & misericordia tua; & secundum illam, digneris me habere plenius & perfectius adsolutum in cælo. Qui vivis & rægnas in Trinitate perfecta Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Alia Oratio post Confessionem.

O Misericordissime Domine mi IESV Christe, infinitam bonitatem tuam, per merita Sanctissimæ passionis tuæ, & dilectissimæ Matris tuæ, omniumq; Sanctorum tuorum intercessionem rogo, ut paternis visce-

visceribus confessionem factam suscipias, detectusq; illius & omnium antè peractarum suppleas in contritione, puritate, atq; integritate, & intercedente pretiosissimo sanguine tuo plenam, perfectamq; peccatorum meorum indulgentiam consequar ad gloriam tuam salutemq; meam Amen.

Orationes ante Communionem.

Adventanti tibi Domino gestit obviam procedere animus, sed deprimit peccatorum enormitas: Tu ergò procedis, & immundi, abiecti, despectiq; pulsas ianuam. Munda pri-

mum mundandum, purga purgandum, & tuæ voluntati aptum mentis meæ præpara habitaculum: adorna thalamum, virtutum coronis Deitatis tuæ, & fidei intus accenso lumine totum niteant palatium. Ecce Regum ditissime pauperculi subis turgurium, sed quid dico turgurium; ego ad te venio Pater, indignus qui tanti Patris dicar Filius. Ne proiicias me in ira tua, secundum meritum meum. Fac me sicut vnum ex mercenariis tuis, ut tantum gratiæ & misericordiæ tuæ panem in domo tua come-

medam. Quid facies filio ultro delictum suum confitenti Pater. Et si quid pro demerita ira sustinendum est, hic seca, hic ure in tua voluntate, ut in æternum parcas Domine. tantum non desit mihi gratia tua. Nullum fac dem iræ tuæ occasionem, & quia tu es Sponsus animæ meæ, totum me tibi trado. Largire gratiam, ut quod iubes faciam, plene tibi deserviam, totus tuus sim, meipsum tua causa abnegem, ut nunquam a te dividar.

Alia ante Communionem.

AVe sanctissima caro Christi & sanguis. Aue summa dulcedo, quæ detrimentum nescis, fastidium tollis, mortem necas, vitam æternam præstas. Ave Beata refectio; quæ electos tuos de mundi huius exilio ducis ad patriam. Ave felix hostia, quæ in crucis ara DEO Patri, pro nostrorum peccatorum pondere es oblata. Ave Manna nive candidus, melle dulcius, omni auro pretiosius. Aufer obsecro Pastor bone à me iniquitates; ut purificatus corpore, & re, & spiritu, merear degustare Sancta

San-

Sanctorum. Sit mihi hoc venerabile Sacramentum, contra hostiles insidias, inexpugnabile præsidium: ut hoc salutari viatico refectus, lubricas hvius vitæ vias, immaculato calle trinsire, & ad te panem vivum & verum Angelorum Dominum sine impedimento diabolicæ fraudis valeam pervenire. Exaudi me, placare Domine, attende, & fac nè moreris per temetipsum DEVS meus, quia nemo tanti mysterii poterit esse dignus, nisi tu omnipotens suscipientem feceris esse di-

gnum

gnum. Qui cum Patre, & Spiritu S. vivis & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

Oratio ad B. V. M. ante commu:

O Mater misericordiæ Virgo sanctissima Mater Domini nostri IESV Christi, quæ ex nimia humilitate dilectissimum Filium tuum concipere, fouere & lactare meruisti, cuius sacrosanctum corpus & sanguinem ego hodie, quamvis indignus & peccator, labiis pollutis, corde conscientia sordida, suscipere tamen digne desidero Ad aures tuæ pietatis misericordissima Mater, ex profun-

dissi-

dissimis cordis mei abyssis preces fundo, humiliter deprecans, quatenus ipsum mihi placare digneris, ut remissis & deletis meis criminibus, gratiam suam sanctissimam mihi largiri dignetur: & me custodire ab omni periculo, & negligentia in hac communione sui sanctissimi corporis: & concedat mihi sic suum sacrosanctum corpus & sanguinem suscipere, ut in extrema peregrinatione, ipsum viaticum obtinere me, rear in vitam æternam. Am.

O clemens o pia Virgo Maria,

ria, Dei Genitrix, miserere mei, & impetra mihi à Filio tuo, vitæ puritatem, & sanctitatem, ut post hanc vitam tibi cum Filio associer.

Quando iam iam sumpturus es sacram Eucharistiam.

Pie IESU, ego desidero te suscipere sacramentaliter (vel spiritualiter) licet non sim dignus, ut intres sub tectum meum, propitius esto mihi peccatori, & aufer à me quidquid odisti, præpara tibi gratam, & amœnam habitationem in me: utinam Domine ardentissimo tui desiderio, &

& amore flagrarem, tibiqꝫ perfectè placerem. Ecce renuntio omnibus extra te, veni in cor meum, veni & pasce teipso animam meam, eamqꝫ reple gratiâ tuâ. A.

In ipsa sumptione Sacramenti potes hæc verba renuntiare.

O bone IESU, dilecte mi, charissime mi, O amator meus, dulcedo cordis mei, vita animæ meæ, ô æternum bonum meum, melliflue IESV miserere mei, uni me tibi intime ad gloriam nominis tui. Amen.

Oratio post communionem.

Gra-

GRatias ago tibi benigniſſime IESV Chriſte, qui me viliſſimum peccatorem admittere dignatus es ad ſplendidum vivificumq; ſacræ menſæ convivium; hei mihi. quia nimis indigne percepi hoc venerabile Sacramentum. Miſerere mei, ignoſce mihi: ego quod egi, commendo mellifluo cordi tuo emendandum, & perficiendum ad æternam gloriam tuam, & ad ſalutem omnium; reſponde- ſatisfac, & ſupple pro me pleniſſime. Amen.

Alia Oratio poſt Communionem.

Obſe-

OBsecro te per charitatem tuam piissime DEUS, Domine IESV Christe, ut sumpto hoc viatico tuo, sis tu mihi cibus, qui me confortet, nutriat & protegat. Sis currus quo de exilio huius miseriæ alacer migrem, atq; feliciter perducar ad te in gaudia cælestis Patriæ. Quod ut quantocius obtineam, miserere quæso mei, DEVS meus & salva me: Sit mihi quæso hoc Eucharistiæ, (quod sumpsi) Sacramentum, pie I E S V panis cælestis; sit mihi Manna, refectio ac cibus, in cuius fortitu-

titudine ambulem uſque ad montem Dai, à quo ne ab hác vita quæſo me patiaris emigrare ieiunium, ſed huius ſacramenti ſuſceptio, & modò & tunc ſit mihi plena reconciliatio: plena peccatorum pur ingatio, & ad æternam vitam introductio. Quapropter miſerere quæſo mei Deus, & ſalve me, Poſtremo quomodo tu, in curru igneo Eliam tranſtuliſti, ita huius Sacramenti perceptione abſorbeat me quæſo ignita & melliflua vis amoris tui, qui mundo me totum faciat mori, à phantaſma-

ſmatibus, & creaturarum imaginibus denudari, à privato amore liberum fieri, & in te rapi, in te abſorberi, tecumque unum perpetuo fieri. Qui vivis & regnas cum Deo Patre & Spiritu in ſæcula &c.

Oratio ad B. V. Mariam poſt communionem.

Commendo me tibi Sereniſsima Virgo MARIA quæ in tuo ſacratiſsimo utero, eundem Dominum quem ego modo ſuſcepi, de Spiritu Sancto conceptum digne portaſti, Precor te Matrem Dei, ut pro me apud eundem Filium tuum inter-

tercedas, ut quacunque ratione in Summi Sacramenti huius sumptione deliqui, huius negligentiæ & indignitatis meæ veniam impetres. Tu semper casta, pura, innocens, post conceptum Filium etiam castior, purior, sanctior, Deoq; gratior evasisti. Vtinám & ego tam Divini Sacramenti perceptione itá sanctificer, ut deinceps cor & corpus meum ab omni lethalis peccati macula tuear impollutum. Tu concepto Filio, Magnificas laudes Domino lætè decantasti, & in Deo salutari tuo mirabiliter, exultásti. O

si

ſi tuis efficacibus precibus id aſſequar Virgo Mater, ut cum hac ſacra communione, novum & ardentem Spiritum con iungam, ac ſemper in gratiarum actione pie verſer, tantoq; Redemptori ac hoſpiti, me nunquàm ingratum, ſed fidum in omnibus miniſtrum oſtendam. Amen.

EXERCITIVM QVOtidianum.

Mane expergefactus dic:

IESVS. MARIA. FRANCISCVS. ANTONIVS, ANGELVS CVSTOS.

Illu-

Illumina Domine oculos meos, ne unquám obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum.

Cum uero surgis.

In Nomine Patris † & Filii † & Spiritus † Sancti; Amen.

Benedicta sit Sancta & indiuidua TRINITAS, nunc, & semper, & per infinita sæcula sæculorum, Amen. Sanctus DEVS, Sanctus fortis, Sanctus immortalis. miserere nobis.

In Nomine Domini nostri IESU CHRISTI Crucifixi surgo, qui me redemit suo sangui-

ne

ne pretioſo: ille me benedicat, † regat † & cuſtodiat †, & ad vitam perducat æternam. A.

Et imple me Spiritu tuo Miſericordiſſime DEVS, ut hodie nihil agam, dicam, aut cogitem, niſi quod tibi acceptum ſit, & cedat, ad gloriam nominis tui, & animæ meæ ſalutem Amen. † † †

IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM, hic Titulus triumphalis, liberet me ab omnibus malis, Amen.

Pater noſter, Aue Maria &c.

℣. *Domine exaudi orationem &c.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

OREMVS.

Domine Deus omipotens, qui ad principium huius diei nos pervenire fecisti, tua nos hodie salva virtute, ut in hac die ad nullum declinem9 peccatum, sed semper ad tuam iustitiam faciendám nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes & opera. Per Christum Dominum &c.

Oratio de SS. Trintate

TE Deum Patrem ingenitum, te Filium, unigenitum, te Spiritum Sanctum, Paraclitum, r Sanctam & individuám Trinitatem, toto corde

de & ore confitemur, lau a-
mus, atque benedicamus, tibi
gloria in sæcula sæculorum,
Amen
Gloria Patri, qui creavit me;,
Gloria Filio, qui redemit me
Cloria Spiritui Sancto, qui
sanctificauit me? Gloria sum-
mæ & individuæ Trinitati,
cuius imperium sine fine ma.
net. te decet laus, te decet
hymnus, tibi debetur omnis
honor, tibi benedictio & cla-
ritas, tibi virtus & fortitudo
Deo nostro in sæcula sæc: A.

Ad B. V. Mariam.

O Domina mea Sancta Ma-

ria me in tuam benedictam fidem, ac singularem custodiam, & in sinum misericordiæ tuæ, hodie & quotidie, & in horâ exitus mei animam meam, & corpus meum tibi commendo, omnem spem meam, & consolationem meam, omnes angustias & miserias meas, vitam & finem vitæ meæ tibi committo, ut per tuam sanctissimam intercessionem, & per tua merita, omnia mea dirigantur, & disponantur opera, secundum tuam, tuiq; Filii voluntatem. Amen, *Ad S. Antonium.*

Obse-

OBſecro te Sanctiſſime ANtoni Dux & Cuſtos dulciſſime, pro reverentia felicitatis illius, quam poſſides in æternum gloriaturus, ut me benignis oculis hodie aſpiceræ, & tuo ſingulari interventu ſpecialius adiuvare velis in hac die, quam præcipue memoriæ tuæ Sanctitatis totam inſcribere cupio, ne DEVM meum vel in minimo offendam, aut ei diſpliceam, ſed ut omnes horas, minuta & momenta ita tranſigam, ut cedant ad ſempiternam gloriam & honorem amabiliſſi-

mæ

mæ, adorandæ gloriosissimæq; Trinitatis Ora pro me Beatissime ANTONI ne derelinquas me hodie neq; discedat à me Liberator, Adiutor & Redemptor noster Iesus, sed ad omnibus inimicorum insidiis me abscondat, protegat, defendat, & à cunctis periculis semper custodiat in vulnere lateris sui, gressus meos in mundi huius fluctibus ad sanctum finem dirigat, & ad conspectum æternæ suæ gloriæ tandem me perducat. Amen.

Ad S. Angelum Custodem.

OBsecro te Angelice Spiritus,

ctus, Custos ac Tutor meus fidelis, ut in via pacis, prosperitatis & salutis, te duce hodie dirigar, atq; ab omni spiritu malo, grauique tentatione defendar Peto etiam, te fauente, mihi præsidium dari, ut secundum Dei voluntatem vitia fugiá, & virtutes Christianas exerceam, quoad nostro communi Domino, in cælesti Patria lætus assistam, ac seruiam in æternum. Amen.

Ad SS Patronos.

DEVS tuorum gloria Sanctorum, præsta quæso, ut intercessione SANCTORVM tuorum

rum

rum N. N. Patronorum meorum liberer à cunctis malis animæ & corporis ac eisdem ducibus, & comitibus, securior ad vitam perueniam sempiternam. Amen.

Pater noster Aue Maria Credo &c. & aliquid pro Defunctis his finitis dic

Dominus me benedicat † & ab omni malo defendat & vitam perducat æternam; Et fidelium animæ per misericordiam DEI, requiescant in pace. Amen.

Reuouatio Quotidiana.

Adiuva me Domine DEVS

VS, in bono proposito: & fac me nunc hodie perfecte incipere, quia nihil est, quod hacte nus feci. DEVS, qui das humilibus gratiam, & superbis resistis, da mihi operi manuum tuarum gratiam sinceri contemptus, ac despicientiæ meæ, quo tuum honorem unicum, in omnibus, & per omnia, semper pure quæram. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

EXERCITIVM VEspertinum.

Modus faciendi Examen consciet.

ſcientiæ, antequam incumba- tur, repetenda eſt per exa- men conſcientiæ, ab anima ra- tio tranſactæ dici, ne forte nos ex hac vita Deus nocte evo- cans, imparatos inveniat.

I.

Gratiarum actiō.

Gratias ago tibi omnipotens DEVS, pro uniuerſis beneficiis tuis, hodierno die acceptis, Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum, Amen.

II.

Petitio gratiæ ad cognitionem peccaatorum

Dul-

Dulcissime ac Clementissime IESV, ostende, mihi, quid hac die cogitando, loquendo, operando peccaui, & quam grauiter te offendi, quod ut mihi indigno peccatori largiri digneris, per acerbissimam Passionem tuam, supplex te precor.

III

EXAMEN CONSCIENTIÆ.

Primo considera. Quomodo cor custodieris a cogitationibus II. inquire verborum defectus III. Discute opera in quibus commissione, & omissione peccare potuisti.

IV.

Confiteor delicta mea & doleo: quod te sanctissimum

PATREM, & Dominum meum Clementissimum offenderim, & nunc da Pater begnissime, ut ab iis omnibus vitiis sanguine unigeniti Filii tui expiatus, tuis donis & gratiis, non ad nominis tui probrum, & meam perniciem, sed ad gloriam tuam, meamq; & proximorum salutem utar, obsecro per viscera misericordiæ tuæ, dona mihi poscenti veniam delictorum, sisq; mihi propitius peccatori. V

Propositum emendationis.

Propono per gratiam tuam confitenda confiteri & pœ-

namquam volueris ſubire, ſta tuo maiori diligentia, vitæq; emendatione, commiſſa & neglecta compenſare, atq; oro ut ſit hac nocte hinc me diſcedere velis, pro tuæ miſericordia mecum agas. Sin vero diutius vitam meam prorogare cogitas, gratiam largiaris ſobrie, iuſte, in omni humilitate, patientia &c perfecte & pie vivendi in hoc ſæculo, in omnibus bonis operibus usq; in finem alacriter perſeuerare.

Ad B. V. MARIAM.

O Maria Virgo Deipara miſerere mei, quia pia & mi-

sêricos es, impetra mihi veniam peccatorum, commendo me tibi hac nocte, protege me quæso ab insidiis inimici, ut caste necessarium somnum percipiam, ad gloriam Dei. Amen

Ad S. ANTONIVM.

IN illas tuas manus ô amabilissime Patrone, S. Antoni, animam meam, corpus meum hac nocte, uti & semper commendo quibus toties tibi suavissimum Puerulum IESVM gestasti. Scuto tuæ intercessionis me circumdare & protegere velis, ne morte pec

cato-

catorum obdormiam, vel timor nocturnus me occupet. Defende me quæso hac nocte ab hostibus visibilibus, & maxime invisibilibus, qui aliquando dæmonem te præfocare conantem, solo Mariæ nomine fugasti, pone supra cor meum tanquam signaculum dulcissima hæc nomina IESV & MARIÆ, ut hæc ultima mea hodie sint verba, illisque indormiam, & mane prima mea cura & cogitatio sit vocare Iesum & Mariam. Amen.

Ad proprium Angelum.

O Sancte Angele Dei, Princeps nobilis, Custos meus fidelis, miserere mei, gratias ago tibi pro custodia tua, & pro dilectione, quam mihi indigno exhibes. Domine mi commendo tibi hac nocte animam meam, & corpus meum, Defende me quæso ab omni malo, ut in sancta pace dormiam & requiescam, A.

CANTIO B. IACOPONI,

Socii S. Francisci,

In qua fallaciam huius mundi labentis deplorans, humanam conditionem ostendit.

Cur

CVr mundus militat,
Sub vana gloria,
Cuius prosperitas,
Est transitoria.
Tam cito labitur
Eius potentia,
Quam vasa figuli
Quæ sunt fragilia.
Plus crede literis
Scriptis in glacie,
Quam mundi fragilis
Vanæ fallacie.
Fallax in præmiis,
Virtutis specie.
Qui nunquam habuit
Tempus fiduciæ.
Credendum est magis

Viris fallacibus,
Quam mundi miseris
Prosperitatibus.
Falsis inaniis,
Et vanitatibus,
Fallisque studiis,
Et voluptatibus.
Dic ubi Salomon
Olim tam nobilis.
Vel ubi & Samson,
Dux invincibilis.
Vel pulcher Absolon
Multum mirabilis.
Vel dulcis Ionathas,
Multum amabilis.
Quo Cæsar abiit,
Celsus imperio.

Vel

Vel dives splendidus
Totus in prandio.
Dic ubi Tullius
Clarus eloquio
Vel Aristoteles
Plenus ingenio.
Tot clari Proceres,
Tot rerum spatia.
Tot ora Præsulum
Tot mundi fortia:
Tot mundi Principes,
Tanta potentia.
In ictu oculi
Clauduntur omnia,
Quam breve festum est,
Hæc mundi gloria.
Ut umbra hominis,

Sunt eius gaudia.
Quæ ſemper ſubtrahunt
Æterna præmia.
Et ducunt hominem,
Ad dura devia.
O eſca vermium,
O maſsa pulveris.
O nox, ô vanitas
Cur ſic extolleris.
Ignoras penitus
Utrum cras vixeris.
Fac bonum omnibus
Quam diu poteris.
Hæc carnis gloria,
Quæ magni penditur,
Sacris in literis,
Flos fæni dicitur.

Vel

Vel levi folium,
Quod vento rapitur.
Sic vita hominis,
Hac vita tollitur.
Nil tuum dixeris,
Quod potes perdere,
Quod mundus tribuit.
Intendas rapere,
Superna cogita,
Cor sit in æthere.
Felix qui potuit,
Mundum contemnere.

Memorare quatuor Novissima & in æternum non peccabis.

HOmo Dei creatura.
Cur in carne moritura
Est tam parva tibi cura
Pro æterna gloria.

Illa quanta ſit, ſi ſcires,
Præter jam nil ſitires.
Nec mundana ſic ambires
Vana, tranſitoria.
Etſi pœnas infernales
Agnoviſſes, quæ & quales
Tuos utiq; carnales
Apetitus frangeres.
Et innumera peccata,
Dicta facta cogitata
Mente ta.a conſternata
Merito deplangeres:
Tot ſunt gaudia Sanctorum
Tot tormenta reproborum
Quod immenſitas amborum
Nullo ſenſu capitur.
Donec anima poſt mortem
Aut

Aut bonorum ſumet ſortem
Aut malorum ad cohortem
Improvise rapitur.
Quando caro ſepelitur
Heu de ſpiritu nil ſcitur,
Vtrum gaudet, aut punitur
Non ſit magna mentio.
Luctus quidem ſimulatur,
Sed ſubſtantia vaſtatur.
In propinquis generatur
Zelus, & contentio.
Mors eſt bonis, mors eſt malis
Sed ſors nimis inæqualis,
Subinfertur æternalis;
Vitæ, vel interitus.
Exequiæ ſi celebrantur,
Sed vel noti convivantur,

Nil defuncto suffragantur
Si tunc est immeritus.
Nullum tempus pœnitendi,
Mora nulla revertendi,
Nec tunc locus fugiendi
Miseris supererit.
Si vis sursum, detraheris
De abyssis extraheris,
Iudici ut præsenteris,
Nil tibi proderit.
Si Iesum non dilexisti
Nec Mariæ servivisti
Nec Patronum quæsivisti
Tibi in subsidium.
Quis orabit pro delicto?
Quis spondebit pro convicto?
Quis Iudicio tam stricto
Fiet in præsidium? Pa-

Pacis Angeli astabunt.
Sicut scriptum est plorabunt
Iustam tamen approbabunt
Iudicis sententiam.
Et quod sonas magis dure
Omnes Dei creaturæ,
Aggravabunt iusto iure
Reati sententiam.
Sed hæc factis ex scelestis
Et sui ipsius testis
Nullam iudicis in gestis
Intuens iniuriam.
Tunc horribilem tortores
Vt iam sentiens dolores
Vertatur in furiam.
Tunc á donis reprobata,
In seipsa desperata.
Ani-

Anima ſic deturbata,
In profundum mergitur.
Vbi chaos obſirmatur,
Vt nunquam egrediatur,
Sicut Abraham teſtatur
Huc illuc non pergitur.
O quæ lingua vel narrare,
Vel quis ſenſus cogitare,
Quis vel audet numerare,
Mala multiplicia.
Quæ damnandis ſunt parata
Et diverſis deputata.
Prout ſingula peccata,
Exigunt & vitia.
Ignis frigus procellarum,
Sulphur, fœtor tenebrarum
Iugis luctus animarum,
Pars earum calicis. Sem-

Sempiterna mors, dracones,
Fames, dæmones, bufones,
Amarissimos agones
Superaddunt miseris:
Tot sunt loca tenebrosa,
Tottormenta rigorosa,
Quod hæc terra spatiosa,
Atque visibilia.
Quasi parum sunt miránda,
Nec ad illa comparandà,
Illa quippe enarranda,
Hæc indicibilia.
Si lætitia Sanctorum,
Iucunditas Angelorum,
Dei gloria Deorum,
Est inenarrabilis.
Eris clare Deum videns,
Fru-

Fruens, & amore tenens,
Potens, ſciens, placens, gau-
Eulgens, liber, agilis. (dens,
Vbi conditoris tui
Vultu ſemper poſſis frui;
Felix prorſus illa cui
Viſio conceditur.
A quá nunquam ſeparatur,
Sed perpetuo lætatur
Mali nihil formidatur,
Nec quis ibi læditur
Illic Angelorum Chori
Sancti facie decori,
Vivere, & nunqu am mori,
Mortis nec memoria.
In æternum ſed gaudere,
Summo bono inhærere,
Cun-

Cuncta bona possidere,
In æterna gloria.
Nunquam auris hæc audivit
Nec videre quisquam scivit
Solum qui in cælis vivit,
Scit experientia.
Quid à malis liberati
Et in gloria locati,
Ipsi possident beati
In Christi præsentia.
Sed his paucis propalatis
Partim tactis, & narratis,
Quæ tum Sanctis, tum da-
Præparata legimus. (mnatis
Iam prudentius agamus,
Sanctam vitam eligamus,
In hoc mundo defleamus.

Mala quæ peregimus.
Non viuamus ut iumenta
Nec post mortem ad tormen-
Veniamus, & lamenta, (ta
Intolerabilia.
Modo veniam precemur,
Mortem Christi meditemur.
Ad superna præparemur
Desiderabilia.
Ecce mundus evanescit,
Decor eius iam marcescit,
Et quotidie valescit,
Fallax eius gloria.
Quæ demergit ad infernú,
Ergo gloria superna,
Vita nobis sempiterna
Iugis sit memoria.

Ve

Vt defuncti ſublevemur,
Cum cæleſtibus lætemur,
Et in Deo gloriemur,
Summe delectabili,
Qui ſolus glorificandus
Eſt, amandus, & optandus
Laudeque magnificandus
Eſt interminabilis.

Contra Tempeſtates & Fulmina, dic cum devotione.

TItulus triumphalis IESVS † Nazarenus † Rex Judæorum † defendát me ab omnibus malis. Ecce Crucem Domini † ſurgite partes adverſæ vicit Leo de tribu Iuda, rádix David, Alleluia.

Poſtea

Postea dic tribus vicibus hunc Psalmum.

DEvs misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis:

Confiteantur tibi populi De-

us

us: confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum

Benedicat nos Deus. Deus noster, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri & Filio, &c.

Signa te signaculo Crucis † deinde dic:

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

℣. Et ne nos.

℟. Sed libera.

℣. Salvos fac servos tuos.

℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis

℟.

℟, A facie inimici.

℣, Domine non secundum peccata nostra facias nobis.

℟. Neq; secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

℣, Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non noceat nobis.

℣. Domine á fulgure & tempestate libera nos.

℟. Propter nomen tuum.

℣. Domine exaudi &c:

℟. Et clamor meus &c.

OREMVS.

OMnipotens sempiterne Deus, parce metuentibus, pro-

propitiare ſupplicantibus, ut poſt varios motus & procellarum vim in materiam tuæ laudis tranſeat comminatio tuæ poteſtatis. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Deinde dic:

HEli Domine imploro te, ut regnes in me; diligo te, inſtrue me. IESV magne, IEſu agne, dignare me laudare te. O Rex gloriæ, veni cum pace, Amen.

COLLECTA.

ADomo tua quæſumus, Domine ſpiritales nequitiæ repellantur, & aerearum diſce-

dat

dat malignitas tempestatum. Per Christum Dominum &c.

Deinde dic Evang S. Ioannis.

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud DEVM, & DEVS erat Verbum. Hoc erat in principio apud DEVM. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil quod factum est In ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus á DEO, cui nomen erat IOANNES, Hic venit in testimonium: ut testimonium perhiberet

ret de lumine, ut omnes crede rent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhi beret de lumine. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per Ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot au tem receperunt eum, dedit eis potestatem filios DEI fieri, his qui crederunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex DEO na

ti ſunt. Et Verbum Caro factum eſt, & habitavit in nobis (& vidimus gloriam eius gloriam quaſi Vnigeniti â Patre) plenum gratiæ & veritatis.

Poſtea hanc Orationem.

OMnipotens ſempiterne DEVS, in cuius conditione cuncta ſunt poſita, cui omnis poteſtas ſubiecta eſt, in quo vivimus, mouemur & ſumus, effunde ſuper nos miſericordiam tuam, ut per ſignum ſanctæ Crucis † Saluatoris Domini noſtri IESV Chriſti cunctæ Dæmonum noxiæ poteſtates a territorio iſto diſcedant & hæc

quoq;

quoq? tempeſtas neminem læ-
dat fulmina deleat, imbrem
congruentem emittat, terram
inebriet fructus terræ germi-
nare faciat ut populus Chriſti-
anus ex eo vivat
Nomen ſacroſanctæ Trinitatis
Patris, & Filii & Spiritus San-
cti, glorioſæque Virginis MA
RIÆ & omnium ſanctornm
merita per te IESV Chriſte qui
vivis & regnas in ſæcula ſæcu
lulorum, ad gloriam, laudem,
& honorem nominis tui, &
utilitatem populi tui, á gran-
dine omnium malorum Spiri-
tuum nos protegat, & á noxiis

tempestatibus tonitruis, & omni potestate maligni nos liberet benedictio DEI PATRIS † & FILII † & Spiritus † Sancti Amen.

ORATIO

Tempore nimiæ pluuiæ,

Potentissime DEus te credimus, & confitemur eum, qui omnia quæcunq; vis facis producens nubes ab extremo terræ, & terræ parans pluuiam seruituti hominum. Quia non ambulavimus in præceptis tuis, visitasti iniquitates nostras, inundando nimis aquam super terram. Supplices

igitur

igitur, & ad genua tuæ Maiestatis prouolutι, te deprecamur ne in infinitum precedat ira tua, Dic cælis sufficit, & nubibus cæli ut moderatius pluant super terram Custodi nos ab imbribus immodicis. Obicem pone fluminibus, ne cooperiant terram. Da tantum necessarias pluvias, & benedictionem tuam effunde super nos ut habentes vitæ necessaria, tibi gratias agamus. Amen.

Oratio tempore Siccitatis

Misericors DEUS, qvi in præceptis tuis ambulantibus, promisisti daturum te pluviam

am temporibus suis: Vide sitientes agros nostros, arentes herbas & segetes, quodq; siccitate languens omnia: quia pluuia non descendit in terram nostram. Pius es ac misericors, audi igitur orationes nostras, qui ex toto corde ad te clamamus. Avertatur ira tua, & furor tuos á nobis: neq; secundum iniquitates nostras facias nobis Aperi oculos tuos & terram nostram aquis perfunde, & irriga eam beneficiis gratiæ sempiternæ, Aerem redde temperatum? ut annus plenam nobis omnium rerum copiam

piam suppeditet, qvo præsenti bus subsidiis adiuti, sempiterna alacrius appetamus. Per CHRISTVM Dominum. &c.

Contra tempestates aëris.

REX æterni Imperii, omnipotens DEVS, qui das escam omni carni, quiq; operis cælum nubibus, parce metuentibus, propitiare supplicantibus Te enim Domine humiliter exoramus, ut procul abscedat incursio turpinum, calamitas tempestatum, fragor grandinum, percussio fulminum, infesta tonitrua, noxiæ pluviæ, ventorum flamina fiant mode-

rate

rate; Omnis qvoq; spiritus procellarum & aereæ tempestates potentia tuæ virtutis prosternantur. Domine, qui intonas de cœlo, & das vocem tuam, auerte quæsumus, sævissimam hanc tempestatem ne nobis afferrat exitium. Cohibe fulmina, & sagittas tuas, ne nos lædant. Custodi nos, & nidulos nostros, ne contactu fugurationum, ictibus fulminum pereamus. Misericordissime Domine, ne quæso, pluas grandinem super faciem terræ neq; percutias, duæ sunt in agris nostris, segetes nostras: Sed iram

ram furoris tui, in misericordia tua contine, per sanguinem unigeniti Filii tui, qvi tecum sit benedictus in sæcula Amen.

ITINERARIUM.

Signat se profecturus signo sanctæ Crucis, deinde dicat:

In viam pacis & prosperitatis dirigat nos Omnipotens & misericors Dominus: & Angelus Raphael comitetur nobiscum in via: ut cum pace, salute, & gaudio revertamur ad propria. Kyrie eleison, Christe eleison, Kirie eleison. Pater noster &c.

V.

℣. Vias tuas Domine demonſtra nobis.

℟. Et ſemitas tuas edoce nos.

℣. Mitte nobis Domine auxilium de ſancto.

℟. Et de Syon tuere nos.

℣. Domine exaudi &c.

OREMVS.

DEVS qvi filios Iſrael, per maris medium ſicco veſtigio ire feciſti, quidq; tribus Magis iter ad te ſtella duce pandiſti, tribue nobis quæſumus, iter proſperum tempusq; tranquillum: ut Angelo tuo ſancto comite ad eum qvò pergimus locum, ac demum ad æter.

æternæ ſalutis portum perveni re feliciter valeamus. Per Chri ſtum Dominum noſtrum.
Amen.

℣. Procedamus in pace,

℞. In Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

De extremo Iudicio

Iudicabit Iudices Iudex Gene- ralis,
Ibi nihil proderit dignitas Pa- palis,
Nil Corona Regia, nil Impe- rialis.
Reus condemnabitur, nec di- cetur qualis.

Ibi nihil proderit, multa allegare,
Nil forum excipere nihil replicare.
Nihil ad altiorem ſedem appellare,
Reus condemnabitur, nec dicetur quare.
Cogitate ſinguli qui qualeſve eſtis, potestis:
Quid in hoc Iudicio dicere
In quo nôn eſt codicis locus nec digeſtis.
Ubi idem omnium, Iudex, Actor teſtis,

FINIS.

niot

Stan przedmiotu			Wartość w wal. austr.	
dobry	średni	zły	zł.	ct.